Jure har.
ktyme
Jo. Wilh. Schroeder
1756.

OBSERV

AUGU
E

# C A

*Judi*

Ex intimis

O P E

GERAR

*LUGD*
Apud BER

# OBSERVATIONES PHILOLOGICO-CRITICÆ

In

# AUGUSTISSIMA DEBORÆ ET MOSIS CANTICA

*Judic.* V. & *Exod.* XV.

Ex intimis Orientis penetralibus illuſtrata.

OPERA & STUDIO

GERARDI JOANNIS LETTE.



*LUGDUNI BATAVORUM,*

pud BERNHARDUM JONGELYN,

MDCCXLVIII.

Obſervationes Philologico-Criticas, quas Rever. atque Doctiſſ. GERARDUS JOANNES LETTE, V. D. M. in Valkenburgh, nobis tradidit, in CANTICA DEBORÆ & MOSIS, *Judic.* cap. V. & *Exod.* cap. XV, ex parte jam dudum publico examini Academico commiſſas, perlegere nobis fuit volupe. Nihil in illis offendimus, quod ſanæ doctrinæ, ſecundum normam Verbi Divini in Libris noſtris Symbolicis expreſſæ, contrarium ſit. Ex adverſo ſuorum in Philologiâ Orientali profectuum ſpecimina egregia ſic prodit Rev. Auctor; cui ulterius excolendæ ut vitam viresque & opportunitatem ipſi largiatur ſummum Numen, ex animo vovemus. Per nos itaque omnino licet, ut opuſculum hoc publici fiat juris. Dab. Lugd. Bat. a. d. xv. Julii MDCCXLIIX.

J. ALBERTI, *Theol. D. & P. O. Acad. h. t. Rect.*

J. V. D. HONERT, T. H. FIL. *S. S. Theol. Doct. & Profeſſ.*

JOANNES ESGERS, *Theol. Doct. & Profeſſ.*

BERNHARDINUS DE MOOR, *Theol. Doct. & Prof. Facult. h. t. Decan.*

BS 1245
L48
1748
Rare

VIRO,

*CLARISSIMO HUMANISSIMOQUE*

D. JOANNI ALBERTI,

S. S. THEOL. DOCTORI, ET IN

ALMA BATAVORUM

ACADEMIA

PROFESSORI ORDINARIO.

H. T. RECTORI MAGNIFICO.

GERARDUS JOANNES LETTE.

# DEDICATIO.

Dum mente volvo, & revolvo, cuinam haſce in *Cantica Deboræ Moſisque* inſcriberem *obſervationes Philologico-Criticas*, nemini eas deberi cenſebam, quam Tibi, Vir Clarissime.

Deſideravi a longo tempore, quomodo grati mei erga Te animi darem teſſeram, & τεκμήριον; quod nunc fieri poteſt aptiſſime. Nec dubito, quin hocce munuſculum Orientale læta fronte ſis accepturus. Si quis enim in Linguis Exoticis periti nomen habere poſſit, ſane Tu es. Teſtantur Tuæ in

Novi

# DEDICATIO.

Novi Foederis loca Observationes: teſtatur, ut cætera mittam, Lexicon illud magnum Hesychianum, quo orbem eruditum demeritus es, & demereberis ulterius. Non Tibi Litteræ Græcæ, Latinæque tantum curæ cordique ſunt, ſed & Orientales, quæ arctisſimo connubio prioribus ſunt connexæ. Eâdem enim methodo, quâ inveſtigamus verborum origines & proprietates in Græcis Latinisque, procedendum eſt in Hebraicis, quæ non raro a ſe invicem lucem foenerantur. Optandum eſſet, ut eâdem diligentiâ Litteræ Orientales tractarentur, quâ Græcæ Romanæque. Nihil magis quippe eſt

dolendum, quam quod ſtudium tam erectum, tam excelſum, tam nobile, Orientale videlicet, paucos habeat cultores. Plurimi non ſatis digne judicant de laboribus Virorum Doctorum, quos non intelligunt. Et ſi omnes ita ſentirent, de re Hebraica cito foret actum. Gaudemus tamen nonnulla erectiora eſſe pectora, quæ juſtum iis pretium conſtituunt. Sane inter illos, merito Tu, VIR HUMANISSIME, non infimum locum occupas. Amas quippe ARABICA, ſine quo ſubſidio nemo unquam recte HEBRAICA intelliget. Neque Sororiæ Dialecti a Te contemnuntur, ſed magno habentur

bentur in pretio. Hæc & plura alia mox dicenda, ſtimulum mihi addiderunt, ut huncce Obſervationum faſciculum Tibi dedicarem, tuoque nomini caſtâ infucataque mente inſcriberem.

Sunt rationes non contemnendæ, ſed juſtæ, ponderoſæ, quibus Tibi unice eas ſacrandas eſſe ſum perſuaſiſſimus. Earum nonnullas mihi reſervatas volo, quum reliquas palam exponam. A teneris, ut ajunt, unguiculis, me noviſti, foviſti, amaſti. In Scholis enim trivialibus, quæ in urbe florent Harlemensi, prima meorum ſtudiorum poſui fundamenta. Ibi Te Divina conſtituerat Providentia, ut Verbi ſui myſteria pan-

deres, ibidem Scholarcha. Sæpius mihi tunc puerulo licuit Tui erga me favoris videre ſpecimina; ſæpe me incitaſti, immo laudaſti. Quum ſtudiorum abſolveram tirocinia, atque ad Academiam Batavam mihi erat demigrandum, en paulo ante faventiſſimum Numen Te evexerat in illam dignitatem, qua mihi nunc Te ſalutare datur. Munus ſane tuis meritis dignum. Ego vero, quam primum inter Academiæ cives nomen dediſſem, Te ſtatim novum habui ductorem, & poſtea etiam doctorem fideliſſimum, a cujus ore ut diligens pependi diſcipulus.

Tibi deberi cenſeo, ſi quæ in altioribus profeci ſtudiis, ad

quæ pauci e claſſe Theologica adſpirant. Quod litteras ſpectat Orientales, Tua me juvit copia. Iſti enim libri plurimum ſunt rariores, quos pauci poſſident: aſt e tua penu quicquid ad manus erat, ſuppeditaſti lubens. Recordor, me in notis ad Carmen *Caabi* Panegyricum memoraſſe, Tuæ humanitati deberi Manuſcriptum IBN HESCHAM Grammatici. Neque hoc tantum, ſed TU primus auctor fuiſti & ſuaſor, non abs re futurum, ſi DEBORAE CANTICUM aliquando recuſum, prodiret eâ formâ, quâ nunc in lucem protruditur. Hujus rei forte non memineris. Res tamen ita eſt: nam, quum diſ-

ſertationem obſerrem, atque dein tuum perquirerem judicium, non benevolè tantum de ea judicabas, ſed id moniti ſuggerebas. Accipe itaque hocce munuſculum læto animo, ſuſcipe in tui clientelam, meaque ſtudia promovere perge.

De cætero, Deum O. M. precor, ut Te Academiæ noſtræ ſidus diu ſervet ſoſpitem & incolumen, ut Eccleſia Domini indies ædificetur juvenibus tua cura politis, tuis inſtitutionibus imbutis, qui in Domo Dei ſint ςύλοι ϗ ἑδραιώματα τῆς ἀληθείας. Dabam Falcoburgi ipſis Idibus Juniis MDCCXLVIII.

# LECTORI BENEVOLO
## S. P. D.
## GERARDUS JOANNES LETTE.

Si quid inexſpectati unquam mihi contigit, ſane hujus libelli eſt editio. Ante tres ferme annos dum in Academiâ eſſem Batavâ, pro Litteraturæ Orientalis ſpecimine, ventilabam ſub auſpiciis Magni & mihi ſemper cum honore nominandi Viri Alberti Schultens Diſſertationem Philologicam, quæ exhibebat non nullas obſervationes in Deboræ Auguſtiſſimum Canticum. Præ reliquis hocce Canticum placebat, tum quod inde genius Linguæ Hebraicæ luce meridiana clarius perſpici poſſet, tum quod contineret venuſtas, excelſas, ſtyloque poëtico digniſſimas locutiones; nec non vocabula rariora, quæ Grammaticis Philologisque crucem figebant.

Videbam præterea, neminem in id ex profeſſo incubuiſſe, ut ex intimis Orientis penetralibus obſcuriora verba & formulas

mulas illuſtraret. Ex copiâ itaque Orientali nonnulla colligo, maxime e lectione librorum Arabicorum, unde lumen ſacro Codici adfundi poſſet. Dabam tunc temporis, quantum poteram. Multa forte clariore in luce ſunt collocata, vel ſaltem anſam, dare poterunt aliis plura & ſolidiora cogitandi. Scribebam juvenis, qui quod viribus erat majus, eruditioribus relinquebam: ſupereſt itaque adhuc ſatis magnum ſpicilegium.

Majori cum adplauſu, quam exſpectaram, hocce Specimen juvenile fuit exceptum & Virorum doctorum teſtimonio comprobatum, unde factum, ut exiguus diſſertationum harum numerus cito avolarit; neque deſiderio multorum ſatisfieri potuerit Volebam quidem quantum in me erat, huic damno ſuccurrere, ſed vix fieri poſſe cenſebam, ut nova procuraretur editio. Verebar ne in male ſanorum hominum incurrerem manus, qui me arrogantiæ accuſarent.

Urgente tamen Bibliopola, qui ſponte ſe mihi obferebat, approbantibus Viris nonnullis eruditis, denuo prælo ſubjici concedo. Opus tamen erat in hocce novo opuſculo aliqua mutatione. Non nulla itaque detracta ſunt, alia addita. Erant

Arabica

Arabica quædam, quæ amputari poterant ne libellus nimium excreſceret, erant & alia addenda, maxime quæ radicum vim ulterius illuſtrant. Uſus ſum ipſis GJEUHARII & CAMOUSI fontibus, qui antea ad manus mihi non erant. Forte augmenta illa philarabibus exhibebunt fructum, Lectoribusque jucunditatem: ſuperſunt tamen in Deboræ Cantico haud pauca ulterius indaganda, quæ cum tempore eruentur; dies enim diem docet. Adjeci aliquot obſervationes in Moſis Canticum *Exod.* XV. quod cum *Deutronomii* Capite XXXII eſt inter præſtantiſſima Orientis monumenta; ſua dignitate, venuſtate, & vetuſtate de palma certans cum omnibus Græciæ luminibus.

Plura ab initio dare conſtitueram, ſed operis Eccleſiaſtici ratio impedivit. Animo volvebam ipſum Moſis Canticum, alterum videlicet in Deutronomio illuſtrare: Jam plagula prælo erat impoſita. Conſilium dein mutavi. Filum itaque denuo reſumam, dum ampliora nactus fuero ſpatia.

Gratias agimus Juveni præſtantiſſimo Hungaro, qui ob noſtram a prælo abſentiam, diligentem in revidendo adhibuit operam: Sphalmata, quæ leviora forte irrepſe-

irrepſerunt, peritus Lector facillime corriget.

Caeterum opto, ut nova illa editio non minori cum applauſu excipiatur, quam a multis magno cum deſiderio fuit exſpectata.

Manum, ut ajunt; hic tollerem de tabula, niſi mihi fatalis neceſſitas eſſet impoſita aliud agendi.

Anno præterito noſtra cura in publicum protruſit duo Vetuſtiora Orientis monumenta, unum CARMEN PANEGYRICUM CAAB BEN ZOHEIR in laudem MUHAMMEDIS, alterum *Amralkeiſi*, quod inter *Moallakah* primum locum occupat. Duo iſta carmina Commentario notisque illuſtrata in gratiam philarabum edidimus.

Lætus percepi, hoc ſpecimen Orbi Erudito non in omnibus diſplicuiſſe, utpote quo ſtudium Orientale promoveri poſſet. Orbi Litterato hicce liber coepit innoteſcere duplici recenſione, quæ utraque procurata eſt menſe Decembri anni præteriti. Prior lingua noſtra Vernacula: altera Latina, quam poſteriorem exhibent ACTA ERUDITORUM, quæ LIPSIÆ eduntur. Hanc ſcripſit Amicus olim noſter, *J. J. Reiske*, Vir in

Studio

Studio Orientali verſatiſſimus, quique editione *Taraphæ* comprobatum dedit, ſe exercitatiſſimum in Poëtis hiſtoriisque Arabum. Inſigni encomio meum opus condecorare placuit: *pag.* 679. 680. *Act. Erud. Opuſculum hoc Linguæ Arabicæ ſtudioſis, & iis maxime, qui Sacrum Codicem ex eâ illuſtrare ſtudent, poteſt inſignem uſum præſtare. Præter enim modo in titulo indicata, exhibet in notis fragmenta Poëtica, & Grammatica multa egregia, quæ tironi campum aperiunt, in quo diligentiam exercere & ſitim levare ſuam queat. Monſtrant illæ notæ, ſuum autorem in Scriptorum Arabicorum lectione hoſpitem non eſſe, doctrinaque lætiore & acriore judicio abundare, quam ille poſſedit, qui* Alii *Carmina edidit; librum, quem nuper menſe Septembri annunciavimus. Unde ſpem concipimus, fore, ut, eadem diligentia ſi pergat Cl. Editor his in ſtudiis occupari, magno illis ornamento & præſidio aliquando ſit.*

Creſcit allaudatio pag. 681. *potiſſima hujus opuſculi deſtinatio fuit, Sacræ Scripturæ ex ſuis monumentis lucem accendere, neque aliud quid exſpectari debet ab iis, quorum ſtudia & lucubrationes Cl.* Schultens *moderatur.*

Sub

Sub encomio hocce latet venenum: anguis ſub herba; quantum enim laudis mihi impertitum voluerit in ſequentibus palam fiet.

Video, me aliquot plagulas, ſi vellem, poſſe implere ad iſtam recenſionem in me deſtrictam: ſed qui ab omnibus ſcriptis eriſticis virulentisque calumniis abhorream, pauca tantum & modeſtè apponame. Hominis ſcriptum tam eſt vanum, & vagum, ut honeſtatis limites ubivis excedat. Forent forte, qui judicarent, ne quidem reſponſione dignum, dum nihil aliud ſpirat, quam merum animi faſtum, ſuperbiæ & inimicitiæ fermentum, imo ut cum *Plauto* loquar, *totus in fermento jacet:* Non ægre ferat Vir Clar. qui forte, dum illa ſcriberet, credebat, me nunquam reſponſurum, non ægrè ferat, inquam, ſi videat infamiæ involucra detecta, quâ me velut cauterio inuſſit.

Suum de carminis *Amralkeiſi* Verſione *Latina* judicium hiſce verbis exponit. pag. 680. *Latinam illam interpretationem Levini Warneri, ſummi Viri & mihi nunquam ſine honoris præfatione nominandi, interpolarunt Cl.* Schultens, *& noſter editor. Ego quidem id non feciſſem, neque ſubſtituendo aliorum erroribus*

*bus mea κατορθώματα ipſe me defraudarem, neque indigna judicans publica luce, ſollicitarem mortuorum manes, ea prodendo; ſed, ſi darem, darem talia qualia invenerim.* En Vaticana fulmina, quæ ex alto evibrat quaſi auctoritatis ſolio. Adeatur *prologus* ad *Taraph.* pag. 7., ubi idem invenies productum: *talem enim puto eſſe* (nempe *Warneri* verſionem Latinam) *qualem qui velit edere, ſollicitaret doctiſſimos manes, & furias haberet ſibi merito ultrices. Quæ enim in uſus tantum privatos & raptim conſignant, aut temerè effundunt docti, ut inſerviant ad tempus, ſpongia, quando placet, iterum detergenda, proferri illa non debent in publicum, quod ambitioſi faciunt anecdotum compilatores, in auctorum ignominiam, ſed cancellis premenda domeſticis, perpetua eruditarum lucubrationum monumenta.* Diſtinguenda eſt duplex *Warneri* verſio, quarum prior margini plumbo allita, poſterior plagulis aliquot contenta ſimul adjectis notulis. Contra priorem invehitur, ni fallor, ſed poſteriorem, licet mentionem ejus injiciat, attenta mente mihi nunquam perlegiſſe videtur. Ea verſio ſane bona eſt, & digna, quæ in lucem protruderetur. Hanc edidimus, & *quum commoda Philarabum promovere poſſent, tenebris perire noluimus, tamen coacti ſæpiuſ-*

 *cule*

*cule eam limare, aut modeſte caſtigare* &c. Mortuorum manes utique hac in parte non ſollicitavimus; quum, ubi aliquot loca eſſent hiulca, ea ſupplevimus, aut ubi quædam obſcuriuſcule producta, ea limavimus.

Si quis unquam mortuorum manes ſollicitavit, eſt is, qui *Petronium Burmanni* interpolavit. Eadem *Acta Eruditorum* flagellis cædunt iſtum hominem, qui a ſe ipſo vix detergere poteſt maculam juſtè ipſi infricatam: ſed illa tranſeo, rem meam ago. Quorſum tendit illud p. 681. *potiſſima hujus opuſculi deſtinatio fuit, Sacræ Scripturæ ex monumentis ſuis lucem aceendere, neque aliud quid exſpectari debet ab iis, quorum ſtudia & lucubrationes Cel.* Schultens *moderatur?* Putares continere encomium ſatis magnum, quo publicis laudibus effert eorum induſtriam qui ex Arabum Dialecto, Hebræam illuſtrare annituntur: dum Arabes & Hebræi arctiſſimo connubio ſint connexi. Qui Editorem Taraphæ paulo propius norunt, eos latere nequit, nullibi ab ipſo Sacræ Scripturæ e ſuis monumentis lucem accenſam: Nihil Hebræi ab Arabibus ipſi lucrari poſſe videntur. Hæc ratio eſt, quod nullibi Sacrum Codicem e ſuis monumentis illuſtraverit, ne videlicet Eccleſia Domini quicquam haberet, quo ſibi gratulari poſſet.

Fovet

Fovet quædam ſibi privata, vix dignaquæ nominentur. EG pag. 681. *mibi non placet ambitioſa hæc imperitis formidoloſa multijugæ lectionis oſtentatio*. Carpit indicem Auctorum citatorum, quem fini adjeci. Hæc aliaque ejus farinæ ſunt tantum præludia, quibus inmmorari non lubet.

Incipit a p. 682. ad p. 701. a capite ad calcem refutare labores meos in CAABI CARMEN, ſuamque criſim adjicere non modeſtam, ſed rigidam, ſeveram. Omnia examinabimus & nos, & quod inſulſe, imprudenter, vel dicam impudenter ſcriptum, caſtigabimus. Exorditur a PRÆFATIONE pag. 682. *Præfatio, quæ pro dignitate & copia rerum debebat filo deduci longiſſimo, & quatuor, aut quinque plagulas impleviſſet, ſi mihi fuiſſet ſcribenda, juſto brevior & obſcurior eſt, paſſim etiam ænigmatica* &c. Sentis., Lector, Auctorem nos voluiſſe ablegare ad ſuam *Taraphæ* præfationem, quæ ferme ſeptem plagulas implet, quæque *monſtrum eſt horrendum, ingens, cui lumen ademtum:* quævis linea eſt ænigma, nodus Gordius, quem non ſolvas, ſed ſeces. Placet hoc ipſi, eruditis diſplicet. Scio equidem quid ſubgeret, ſed nullius id momenti eſt p. 690. *Si mibi ſcribenda fuiſſet præfatio ad Caabum,*

*bum, dixiſſem de variis ejus Codicibus, & Commentatoribus, qui in Bibliothecis, Pariſienſi, Oxonienſi, aliis proſtant.* Superbiæ ſane faſtuoſiſſimæ erexiſſem criſtas, ſi ſcripſiſſem de Codicibus, quos nec ipſe vidi, nec ille unquam contemplatus eſt. Ego quæ ad Auctoris ejusque Codicum & Commentariorum intelligentiam ſpectabant, ſufficienter dedi.

Meus *Antagoniſta* (hoc eum nomine juſte inſignire licebit) qui *ſua in meum opuſculum merita celari, vel ſupprimi nolit*, uti a me factum ait, orbi Erudito voluit (nec ſecus ego factumvellem) exhibere catalogum librorum MSS, quos mihi vel in uſus privatos communicavit vel donavit. Ego vero hiſce utens ſubſidiis, ſuperbivi plumis non meis, ſed alienis.

Ingratus eſſem, ſi celarem ipſius merita. Ea utique palam profeſſus ſum in præfatione: *Codicem, unde carmen hoc edimus, ſervat Bibliotheca Senatoria Lipſienſis: hinc olim deſcripſerat Arabicæ Litteraturæ promus condus* J. J. Reiske, *cui* DEBITAS IMPERTIMUS LAUDES ET GRATES, *quod communibus ſtudiis inſerviendi ergo, ex apparatu ſuo, quem indefeſſo labore, judicioque acuto comparaverat,*

NON-

NONNULLA *nobiſcum communicavit*, *atque inter alia Carmen Caabi & Moallakah ex editione Tebrizii*. Fateor, ſpeciatim non nominavi, qui qualesve eſſent reliqui Auctores, quos vel in publicos conceſſit uſus, vel donavit. Et id ſtudio, & de induſtria a me factum; nam ego, dum ille in Academia noſtra degeret Batava, compararam mihi aliquot Codices MSS quantivis pretii, quos *Golianos* eſſe conjicio, tum *Turcicos*, tum *Perſicos*, & *Arabicos*, atque inter illos partem *Lexici Gjeubarii*, quæ literam *Re* complectitur: *Bocharii Sunnam*, ſive *corpus traditionum Muhammedicarum* cum marginalibus egregiis: nec non tractatus aſtronomicos *Abu Izhak Ibrahim Ben Jahja Nacajeh* dicti *Ibn Razcal*: qui etiam exſtant in Bibliotheca Batava No 1220 in *Catalogo* novo pag. 459. aliosque. Erant & inter illos nonnulli *Medici*, qui mihi quidem pro eo ſtudiorum genere parum inſervire poterant. Advolat ad me Cl. *Reiske*, qui tunc temporis *Medicinæ* ſe tradiderat, (uti paulo poſt publice ventilavit a ſe conſcriptam diſſertationem, quæ inſcribitur: *Obſervationes Medicæ aliquot miſcellaneæ ex Arabum Monumentis*: quæque in Academia noſtra non parvos excitavit motus) petit a me nonnullos Co-

dices. Initio quidem paulo eram moroſior petitioni ſatisfaciundæ. Tamen Viro docto, communique Amico, in Memoriæ meæ teſſeram, dono tres Codices MSS ſane egregios, unum recordor continuiſſe *Avicennæ Carmina Medica* nitide & accuratè ſcripta. Alter erat *Ibn Raſis*: tertius memoria excidit: Erat, ni fallor, tractatus de *morbis oculorum*. Ille aliquo tamen modo (quod ego nolebam) volens rependere, dat mihi nonnulla poëtarum fragmenta ſua manu ſcripta, ſed ut plurimum mutila. Erat inter illa etiam *magna particula præſtantiſſimi operis Grammatici El Cameli dicti, auctore Almobarredo*. Aſt illam particulam mihi domo abſenti reliquit, ſed quam ejus manus contra omnem fidem & promiſſionem mutilavit exſciſſis aliquot paginis, in quibus agebatur de *Imperatore Ali*. Conjicio id factum, quia harum forte indigebat in edenda *Hiſtoria Univerſali Abulfedæ*, quam moliri mihi dixerat ipſe. Saltem deſcripſiſſet illas paginas, uti candide ſe facturum promiſerat. Adplicetur verſus nonus Carminis *Caabi* huic negotio.

ولا تمسك بالعهد التي زعمت
الا كما يمسك الماء الغربال

*Fidem æque ſervavit, quam ſpoſpondit,*
*Quam aquam cribrum continet.*

Si hæc Orbi Erudito communicaſſet, nunquam me potuiſſet gravare ſuſpicione falſa, acſi ejus in meum opuſculum merita celare voluiſſem. Ego, quales ab ipſo acceperam Codices, non indicaveram quidem; nihil enim rei publicæ intererat. Nolui ſuperbire, me alteri dediſſe libros, qui pretio emi non poſſunt, atque remuneratum munuſculo levidenſi. *Relinquebat* penes me, patrios petens lares, *Hamaſam Bochtarii, quam nusquam in opuſculo meo cito, quod ipſi valde mirum accidit, & ſuſpicatur neſcio quæ: relinquebat tandem Amralkeiſi opera omnia poëtica ex editione Abi Oſamah. Hos tres libros Moallakat, Bochtarium & Amralkeiſium, ſcripta ſchedulâ, quam ſervat, promiſi intra annum me ipſi redditurum: jam annus elapſus eſt unus cum dimidio, neque adhucdum reddidi.* Ita ait de me pag. 684. quid mali ſuſpicetur, ignoro, vel quod Hamaſam non citem, vel alios Codices non remiſerim, dum hæc ſcribebat. Forte ſuſpicatur, me, uti ſo-

lent multi, qui aliorum utuntur libris, nunquam de remittendis cogitaſſe. Remiſeram tamen dudum ante ad amicum, quem mihi indicaverat ipſe, aſt culpa, quare non citius acceperit Codices diu deſideratos, penes me non fuit. Ut & hoc ſcommate me liberem, verba ex Epiſtola Amici ſui & mei ad me delatâ deſcribo. *Literas tuas, Vir Reverende, una cum faſciculo recte accepi. Erit iſte nuncius Reiskio gratiſſimus: qui Codicem adeo deſideratum brevi ad ſe rediturum, ipſi indicabit. Quam graviter enim id tulerit, ſe tamdiu eo privari, cognoſcere poteris plenius ex libri tui recenſione. Adjunxi eam his litteris, ac poteris illa uti pro lubitu quam diu placuerit. Doleo, Reiskium ſevera lege omnia examinaſſe; ſed ita natura factus eſt, ut a ſe ipſo impetrare nequeat, ut aliorum erroribus utcunque etiam levibus conniveat, quum non flagitet, ut quisquam ſui ipſius ignoſcat* παροράμασι. *Nollem, præterea Reiskius verba illa pag.* 684. *Hos tres libros* &c. *addidiſſet, nam ut ipſum monui, poſſes Tu me ſuſpectum habere de mala fide, aut arbitrari, me neglexiſſe ipſi indicare duos codices ad me fuiſſe perlatos, quos etiam nunc ut ſpero accepit. Citius illos mittere fuit negatum, tum quod occaſio commoda non ſuppeteret,*

*tum*

*tum etiam quod tertium comitem adjungere conſtitueram.*

Caabum, quod ſpectat propius, omnes laudes in ſe rejicit noſter *Reiske*, tum quod primus auctor ſuaſorque fuerit, tum quod Codicem ſuum exhibuerit, tum quod verſionem adornaverit partim, partim correxerit. Hæc omnia proſtant p. 688. &c.

Secundum concedo, duo altera nego. Codicem quod mihi dederit Lipſienſem agnovi in præfatione verbis ſupra adductis.

Aſt primam *Caabi* notitiam mihi fecit non ille, ſed amiciſſimus mihi *J. J. Schultens* Profeſſor *Theol.* & *L. O. O. Herbornenſis.* Hic allaudabat mihi hocce carmen, meaque elaboratione dignum cenſebat. Viderat illud in ædibus parentis, manu Cl. *Schroederi* deſcriptum. Ita res revera eſt, *Candide Lector*, quam ille non novit, qui nunc contra me & veritatem inſurgit. Quum itaque mihi *Caabi* facta eſſet notitia, atque conſtitueram, in id vires meas exercere, adeo noſtrum *Reiskium*, quem antea ne de facie quidem noveram. Conſilium communico, quod non adſpernabatur, ſed è contra laudabat utpote rei literanæ haud inutile. Codicem ſuum, quem

 pete-

petebam, humaniſſimè communicat *menſe Februario* anni 1746. Miror temporis articulum, qui mihi ſane exciderat, notatum. Exactiſſimum omnium confecit calendarium. Sentio quo ſcopo factum, ut propriis litaret laudibus. Condonemus homini, qui in muſtaceo quæſivit gloriolam: cui propria rident, & ſplendent, dum omnia aliorum ſordent, & ſqualent.

Gloriatur porro verbis erectis, & ponderoſis, *verſionem meam ipſi monſtratam.* Sed, quæ, *ut paucis complectatur, ne caſſam quidem uncem valebat.* Narrat inſuper pag. 683 684 ut rem, qua mea ſtudia poſſet promovere, *ſe paulo ante ſuum e Leida diſceſſum, iterum carmen Caabi coram me tanquam magiſtrum diſcipulo, expoſuiſſe, ſingula verba Latine reddentem, conſtructionum, & phraſium indolem, tertium, quod ajunt, comparationum, totiusque carminis nexum & œconomiam, ſcopumque Poëtæ, declarantem, & tanquam Anatomicum digito cultroque monſtrantem.* Beatum me diſcipulum! qui uſus fui magiſtri inſtructione in Arte Grammatica, quam nunquam novit, nec ſe noſcere unquam prætendet. Grammaticam ejusque partes mihi *anatomizabat* (liceat hoc verbo uti:

UT

UT MEDICE LOQUAR, nam mihi cum MEDICO res eſt) quarum ipſe eſt ignariſſimus; ſpirat nempe altiora, nec ita humi repere poteſt, ut ſe detrudi patiatur in piſtrinum Grammaticum. Non ad id natus eſt Cl. *Reiske*, ut linguarum doceat fundamenta. Scias, *Lector*, ut vera dicam, quæ dicere non pudet, me ipſi monſtraſſe verſionem, ſed ſcias, illam (*provoco ad animi teſtimonium*, & *conſcientiam*, uti ille aliud agens ait p. 689) ab ipſo non perlectam, utpote quæ *ne caſſam quidem nucem valebat*. Inſpexit forte, legitve unum vel alterum verſiculum, ſed corrugatis naribus abjecit. Non miraberis, credo, quare tam contemte loquatur de meâ verſione, ſi dixerim, ſe ſcopo ſuo excidiſſe in eo, quod Caabi Carmen vellet in lucem protruſum cum *Verſione Reiskiana*, & *notis Lettianis*. Plus ſimplici vice me rogabat, ut ſibi permitterem, meis notis ſuam ut adjiceret verſionem: Dum vero hoc factum nollem, ſtomachum vehementius concuſſum ipſi ſentio. Sub *pelle* interim *vulpina* ille ut amicus cum amico loquens, nonnulla dubia, quæ mihi erant, ſolvit. Rogabam aliquando, quid de hac illave re ſentiret. Reſpondebat nonnunquam *promptus*, quod gratus agnovi

agnovi & adhuc agnoſco, nonnunquam tamen *ambiguè*. Profundæ lectionis Orientalis volebat aperire campum, in quem me immittere nolebam. Abſtruſos poëtæ mei ſenſus indagavi, ſed ea methodo quæ ſcopo meo debebat reſpondere, dum enim in gratiam *tironum* ſcribere conſtitueram, pro meo ſcopo ſufficiebat, ſi verum ſenſum breviter, clarè & nervoſe exponerem, maxime verba in vi ſuâ interiore illuſtrare ſtudens. Pro eruditione ſumma, qua gaudebant Viri magni *Pocockius* & *Golius*, potuiſſent alia methodo edidiſſe *Tograi* & *Abulolæ* carmina, ſed viſum fuit & rectè ad rei Orientalis incrementum, ſenſum literalem exponere & verborum vim accuratius excutere. Aliud judicat noſter *Reiske*. Audiamus eum loquentem in notis ad *Tarapham* pag. 38. *Nobiliſſima poëſeos Arabicæ ſpecimina hucusque habuimus duo integra: Abilolæ ſcil. Carmen primum ex divino libro* سقط الزند *& Tograi unum, quod ex ejus multis Orientis applauſum tulit, & Lamicum Perſicum inſcribitur. Prius qui exhibuit Cl.* Golius *ad calcem Grammaticæ Erpenianæ, curatiorem ſi addidiſſet verſionem, & notas neceſſarias, melius & literis hiſce conſuluiſſet & lectoribus. Nolim tamen hæc cuiquam temeritate*

*juvenili*

*juvenili in contumeliam dicta videantur Viri, cui præ cæteris multum debeo. Poſterius vero ſummi Viri*, Eduardi Pocockii, *cura editum, ut altero illo eſt facilius, nonnullos tamen, quia* Pocockius *potiſſimum in Analyſi vocum Grammatica occupatus mentem auctoris ſui exponere neglexerat, in errorem induxit* &c.

Summum, præterea illo judice, commiſi ſacrilegium, quod non ubivis ſubmonuerim, *ubi locorum difficilium ſuggeſſerit explicationes.* Harum adjecit ille catalogum pag. 686. *Sed quia diu Leida abeſt, rerumque tum geſtarum exacta memoria evanuit, non omnes novit, agnoſcit tamen bene multas.* Utinam plura dediſſet, tum quisque videre poſſet, quanti momenti ſuggeſtæ ſint illæ explicationes. Habebo infra, quod hominem pudore ſuffundet, quum jactat non tantum aliquot ſuggeſtas explicationes, ſed & quum gloriatur verſionem maxima ex parte ab ipſo concinnatam, aut correctam. Dolet præprimis, *me nihil monuiſſe de ſuis aut conjecturis, aut emendationibus, quas paſſim in Scholiis loco veteris lectionis, quam in Codice Lipſienſi invenit, exhibui:* Eâdem de cauſa ſuas aliquot emendationes non memoravi, quâ longe majorem mearum partem alto ſilentio

lentio involvi: quia Criticam exercere aut emendationum ſeriem exhibere non conſtitueram. Id maximè ferre nequeo, quod p. 689. ſcribat ad illa verba ex præfatione mea: *nonnulla tamen*, ſic ſonant mea verba, *aut inepta, frivola, aut manca*, (nempe in Scholiaſta,) *ad exemplum Viri Cl.* Nic. Gul. Schroederi, *cujus uſi ſumus apographo, aut emendavimus, aut amputavimus*. Ejus gloſſema eſt. *Nihil emendaſti, amice, quantum adhucdum comperi, neque tu, neque Cl.* Schroederus. *Sed meæ fuerunt conjecturæ, quas ille ex meo libro in ſuum tranſtulit*, &c. Veritati fidem faciam, atque evincam mendacium pro veritate obtruſum. En catalogum non omnium, ſed aliquot tantum emendationum in *Scholiaſta*.

*Verſ.* 1. *lin.* 3. بهواها *verſ.* 2. *l. ult.* وترنبن. *pag.* 9. *l.* 1. اسنعبد. *l.* 4. تبمن. *p.* 4. *l.* 7. حدقة *l.* 9. الكاف *pag.* 5. *verſ.* 4. *l.* 1. شجحنت *p.* 6. *l.* 6. افرط *vers* 6. *l.* 1. اكرمها *p.* 8. *l.* 2. يضرب *pag.* 9. *l.* 2. اخنلف *l.* 3. ان *vers* 9. *l.* 2. عاهدي *pag.* 10. *l.* 6. تصبر *p.* 11. *l.* 1. بعون *vers* 15. *l.* 16. 17. لكك *vers* 16. *l.* 1. وشهون *vers* 17. *l.* 3. الممنلا والنعم *vers* 19. *l.* 7.

*l.* 7. الشمس *pag.* 17. *l.* 2. ينبت *vers* 20. *l.* 5. تشبيه *vers* 21. *l.* 4. اللام *l.* 7. اخوه الصمع *vers* 23. *l.* 4. مصطغل *p.* 21. *l.* 3. تتنغصه *vers* 30. *l.* 3. باجنحتها *vers* 31. *l.* 4. الكهلة *vers* 33. *l.* 7. سابغ & سابغة *l.* 10. خزرته *vers* 36. *l.* 3. ليمنعني *p.* 39. *l.* 2. اسحق & ita per totum opus ad finem usque. Conferat nunc Cl. *Reiſke* ſuum Codicem in his aliisque locis, & videbit quid a me ſit emendatum.

Forte placuiſſet Viro, ſi etiam dediſſem variantes lectiones, ſi quas in aliis Codicibus inveniſſem. Illæ, fateor, aliquando lucem & facem præferunt. In ejus itaque aliorumque gratiam ad finem præfationis adjiciam catalogum *Variantium Lectionum* e Codice, quem nominare ſoleo *Leidenſem.*

Poſſem alias nonnullas adſcribere ex illo Codice, qui adjectus primo tomo *Sebekæi* Hiſtoriæ Theologorum Muhammedanorum Sectæ Schafeiticæ. Queritur quippe Cl. *Reiſke* pag. 685. me nullibi memoraſſe, ſe Carmen Caabi in illo libro inveniſſe, cum ſuo codice contuliſſe, mihique ſuam collationem communicaſſe. Si tanti fuiſſent illæ lectiones variantes, dubio

bio procul id feciſſem, ſed parvi conſtabant, neque ullum ferme fructum dederunt: aliàs enim potuiſſem, ſi ita viſum fuiſſet, æque hoc libro uti, quam ille qui non publice, ſed private in ædibus Cl. *Schultenſii* ipſum triverat.

Non poſſum non paulo accuratius trutinare verba, quæ exſtant in *Actis Erud.* pag. 617. ,, مغلول *pag.* 39. *lin.* 4. *exhibet ex infelice mea & importuna conjectura. In Codice exſtat* قلول, *pro quo facili modo reponi debuerat* فلول. *Et forte ſic quoque fuit in Codice. puncta enim unum, aut geminum, ſæpe vix diſtingui poſſunt; neque debuerat dubitaſſe de præſtantia lectionis, quum ex Nabega, cujus is locus eſt, pag.* 157. *citat* فلول من قراع. *Ea ſola vera lectio eſt, altera merum monſtrum, quod tamen incruſtare voluit Cl. Editor. Quia ſemel ad illum locum deveni, debeo eum emendare. Verſu nempe* 48 *ultima vox in omnibus Codicibus eſt* مغلول, *Maglul, id eſt, vinctus, vox ibi quidem nullo modo tolerabilis. Deſcribit enim Poëta Leonem & ſic ait: cum inſilit in compar (ex verſione Letteana) haud decorum eſſet ei compar relinquere, niſi fuerit illud vinctum. Duplex in eo verſu peccatum, unum ab interprete, alterum*

*terum a ſcriba, cui nimium credulus interpres obtemperavit. Verbum* يحل *derivat a* حل*, licuit, decuit. Sed eſt ab* حلو *dulcis fuit: non eſt dulce leoni; non ſapit ipſi, non eſt ad palatum ejus, faſtidit, dedignatur, il ne l'accommode pas. Deinde quis mortalium vidit unquam, aut vel mente tantum concipere poteſt, leonem qui funibus, vel catenis vinciat alterum vel leonem, vel feram, vel hominem? Vitium hoc ſcribarum eſt Maglul* مغلول *exarantium pro ſola vera dictione & ſcriptione Auctoris* مفلول *Maflul, id eſt, contritum, vel comminutum. Leo, qui, ſi inſultat in adverſarium, faſtidit ab eo deſiſtere, antequam oſſa ejus fuerint comminuta, commolita. Et hæc emendatio quoque obſervata fuit Scholiaſtæ Lipſienſi, ſed ſcriba eam prætervidit. Sic itaque legendum in illo videtur.* المفلول الماسور فيروي المفلول المكسور المهزوم واصل الغل الاسر والجبر *Maglul idem atque Maſur, ſeu vinctus, notat. Aliæ editiones habent Maflul*, id eſt, *fractus & metaphoricè fugatus. Etenim propria notio verbi Falla frangere &* βίᾳ ἀνάγκης σωωᾶϑεῖν. *Hæc ad iſtum locum.* Examinemus paulo propius: Verſus *Caabi* 48 ita ſonat.

اذا يساور قرن لا بحل له
ان يترك القرن الا هو مغلول ☼

Ex mea verſione:

*Quum inſiliit in compar, haud decorum eſſet ei*
*Compar relinquere, niſi fuerit illud vinctum.*

*Scholiaſtes* ad poſteriora: وقوله لا بحل له اي لا يناتي له ذلك حتى كانه عليه محرم وقوله مغلول الماسور المهزوم واصل الغل الكسر الحمي وقال بعضهم

ولا عيب غير ان سيوفهم
بهن مغلول من قراع الكتايب ☼

ويروي مجدول بدل مغلول والمجدول الملقا الله سبحانه وتعالي في جدالة وهي الارض منه: Confer notas noſtras pag. 156. Videmus *Scholiaſtem* illud بحل derivaſſe, non a حلو *dulcis fuit:* ſed a حلّ *licuit*, *decuit:* quæ derivatio utique bona, neque manu medica aut correctrice indiget. Lectio REISKIANA: NON SUAVE EST, nauci non eſt, ut quilibet facile ſentit. Quod vero ſpectat مغلول, illa lectio omnino retinenda, 1° ſuf-

1° ſuffragantur omnes Codices. 2° exhibent alteram lectionem, مجدول id eſt مصروع, *ſtratus humi colluctando.* 3°. uſus verbi غل eſt inſignis: *Vincire* ſpeciatim *collum injecto jugo*: *Leo vincit ſuum compar* phraſis & *figura* eſt perquam gravis. *Leo* hic figurat heroëm fortiſſimum, qui cum in campum deſcendit, eo usque certat, quo *ſubjugarit* adverſarium, manibus pedibusque ligatis abduxerit, vel *proſtratum* humi reliquerit. 4°. uſus verbi فل perpetuus eſt vel in *rupta acie*, vel *fugato exercitu*. licet variæ hinc natæ metaphoræ. Non ſatis aures implet: *rumpere*, *comminuere ſuum compar*. Judicium *Criticum* deſidero hac in parte in meo *Cenſore*.

Forte tæduerit te, Lector, hæc legiſſe, ſuaſeriſque manum de tabula ut tollam. Pauca tamen adhuc dicenda reſtant: quæ huic ſcripto colophonem imponent: *De verſione Letteana nunc dicendum eſt. Ea nimis literalis, ideoque ſæpe obſcura, & præterea ſæpiſſime a ſenſu auctoris ſui alieniſſima eſt: quamvis & mea uſus fuerit directione, & Cl.* Schultenſius, *ut ipſe fatetur, ejus elaborationi invigilaverit.*

*Quid ſi tironum illos fuerit imitatus, qui ad elaborandas ſuas theſes eruditiorum virorum adhibent conſilia, ſed a nimia ſibi cavent elegantia, ne opus prodant non ſuum eſſe, boniſque alienis admiſcent quædam mala de ſuo, data opera. Studuit quidem tironum commodis. Atqui conſiderare debuerat ineptum fore inſtitutum, ſi quis tironem Arabiſmi ad tam ſublime, & difficile carmen admittere velit. Qui vero legere illud Arabice ſciunt, non egent verſione literali, ſed etiam ope laxioris periphraſeos ſe norunt expedire. Plures quoque ſunt lectores & æſtimatores talium Arabicè non periti quam periti, quorum potiſſima habenda ratio. Nam verſione neque ſatis clara, neque ſatis Latina, eos in opinione magis confirmes, qua occupantur, Arabes inſanire, & effutire quicquid in buccam venit. Et quidni ſic cogitabunt, ſi neque in ſingulis verſibus deprehendant aliquid intellectu facile, neque in genere ſcopum Poëtæ, carminis Oeconomiam, connexionem & harmoniam idearum, tranſitum a proœmiis & rebus alienis ad ipſum argumentum & τὸ προκείμενον videant. Verum apparet ex tota verſione, interpretem hoc ignoraſſe. Unde mirum non eſt, ſi, qui ſuum autorem ipſe non capit, neque aliis claros ex eo & humanos ſenſus eliciat & proponat. Arabes homines ſunt*

*nobis*

*nobis ſimiles & maxima ex parte humanè locuti. Sed interpretum inſcitia eos ſæpe aſinorum inſtar rudere & ut vaccas mugire jubet.* Verba ſunt *Reiskeana* pag. 690. & 691. quæ plene exhibere volui. Priora oculum directum habent, ni fallor, in illa e præfatione meâ: *de verbo quidem illam non exhibui: videtur enim Vir Cl. non eo ſcopo ſcripſiſſe, ut ita ederet, aut edi vellet, ſed ut ſuis ſibi uſibus conſuleret: duxit tantum prima quaſi lineamenta, quæ, quum commoda Philarabum promovere poſſent, tenebris perire nolui, tamen coactus ſæpiuscule ea limare, aut modeſte caſtigare, operam ſuam non detrectante viro ſummo* Alberto Schultens, *cui debitas ſolvimus grates, tum quod ipſas reviſere plagulas, tum maxime quod haud pauca corrigere, emendare, aut addere pro ſingulari favore placuerit.* Hæc ſcribebam de Verſione Cl. *Warneri*, ſed invidia mei Antagoniſtæ, ut haberet, quo veritatem palliaret, retorſit etiam in Caabum: juvit me Cl. *Schultens* in *Levini Warneri* verſione caſtiganda leviter, ſed meam *Caabi* verſionem ita fere reliquit, uti a me concinnata erat. Triumphat iterum hac in parte veritas. Dum ait, meam verſionem *nimis literalem, adeoque ſæpe obſcuram* &c.

Repono, nullum Autoris ſenſum unquam recte percipi poſſe, niſi *litera* bene exprimatur. Non artis eſt dare paraphraſin laxam, ſed verſionem bonam litteralem. Nulla ſpes eſt, ut tirones unquam genium Linguæ Arabicæ recte ſint intellecturi, niſi in id incumbatur, ut litera ubivis diligenter prematur, ſenſus tantummodo non obſcuretur. Scripſi in gratiam eorum, qui Arabica legere norunt, ſed qui verſione indigent literali. Si *Taraphæ editor* id feciſſet, magis erudito orbi communibusque commodis conſuluiſſet. Non abhorrerent vel tirones vel eruditiores a Poëta, a cujus cæteroquin elegantiſſimi lectione nunc abſterrentur. Nam verſio, vel dicam potius, paraphraſis nimis libera, ubivis obſcura, ænigmatica; additis notis, *quæ monſtrant Auctorem ſuum in ſcriptorum Arabicorum lectione hoſpitem quidem non eſſe, doctrinaque læta ſed neutiquam hac in parte acri judicio abundare*, quæ cauſa eſt, quominus Poëtæ ſenſus eo lumine fuerit colluſtratus, quo illuſtrari ab eo debuiſſet. Si magni Viri *Golius*, *Erpenius*, *Pocockius* ea methodo Arabica tractaſſent, ſederemus in tenebris plusquam Cimmeriis, quum alias ſpes ſit, ut nobile illud ſtudium magis floreat, quod ſecus manebit contemtum,

incul-

incultum: ſi noſter *Caabus* fuiſſet a me verſus paraphraſi liberrima, riderent utique eruditi. Alia mens ſedet *Reiskio*, qui *Arabes*, *quum ſint homines nobis ſimiles*, *& maxima ex parte humane locuti*, *aſinorum inſtar rudere*, *& ut vaccas mugire jubet.* Sed pergit pag. 691. & 692. *Non multus ero in arguendis*, *& quaſi producendis in theatrum*, *erroribus verſionis Letteanæ. Sed exhibebo potius totum carmen in Latinum ſermonem* MEO MODULO CONVERSUM, *iis cum ideis*, *quibuſcum Autor id compoſuit & enuntiavit*, *claris*, *aptis*, *elegantibus*, *excelſis*; *poſtquam Oeconomiam ejus brevibus delineavero* &c.

Carminis *Caabi* itaque novam dedit *interpretationem*, omiſſis verſibus nonnullis a me tolerabiliter verſis. Longum foret omnia examinare, & ad libellam trutinare. Operæ pretium tamen fuerit nonnullos verſus examinaſſe; ut liqueat, cujus verſio de palma certare poſſit, vel mea nimium literalis, vel ipſius paraphraſis laxa, libera, & ubivis obſcura. Ordior a verſu *ſecundo*, ubi poëta ſic canit.

وما سعاد غداة البين اذ رحلوا
الا اغن غضيض الطرف مكحول ۞

E mea verſione literali *κατὰ πόδα*.

*Neque Soad mane diſceſſus quum abeunt,*
*Niſi dorcas tenella ſtridulam vocem edens, viſum comprimens, nigras habens palpebras.*

Cl. *Reiske* ſic interpretatur & vertit.

*Illa pulchra Soad, quæ, cum eam tribules aveherent,*
*Dorcadi ſimilis erat, nigris oculis, & compoſito modeſtoque vultu decora.*

In priori hemiſtichio additum illud *pulchra*, quod fruſtra in textu quæras: اذ رحلوا verſum: *cum eam tribules aveherent.* Natum e paraphraſi libera, Poëtæque Scholiaſta, qui hæc habet: قوله رحلوا اي قوم سعاد *ait: migrant: nempe Soadæ tribules.* Poſterius hemiſtichium mira μεταμορφώσει tralatum, quaſi غضيض الطرف valeret *nigris quæ prædita eſt oculis,* & مكحول *compoſita & modeſto vultu decora.* Confer noſtras notas. Vides elegantiam παραφράσεως *Reiskeanæ.*

Pergamus ad verſum *tertium.*

تجلو عوارض ذي ظلم اذا ابتسمت
كانه منهل بالراح معلول ۞

quem ſic verti.

Quæ

*Quæ reſtrictos denudat dentes oris nitidiſſimi, quum ſubridet,*
*Acſi eſſet aquatorium vino temperatum.*

Vide, num placeat altera nova interpretatio.

*Illa* (*Soad*) *quæ ſubridens, biſcentibus paululum labellis,*
*Monſtrare ſolebat nubes imbre gravidas, limpidiſſimæ, roſcidæ, & fragrantis ſalivulæ, quam haud male lacum dixeris vino temperatum.*

Ubi antea lux erat, nunc denſiſſimæ tenebræ: quorſum ille cumulus verborum aggeſtus. *limpidiſſimæ, roſcidæ & fragrantis ſalivulæ*? Vox عوارض *dentes vibrantes* notat, pro quibus *ori* dare *nubes, imbre gravidas*, quis ſtupor?

Faciamus ſaltum ad verſ. 12.

ارجوا واملُ ان تدنوا مودتها
وما اخال لدينا منك تنويل

E mea verſione

*Spero & deſidero ejus amicitiam conjungi:*
*Sed non imaginer penes nos fore ullam a te gratiæ connexionem.*

Suo modulo convertit Cl. *Reiske*

 *Ab*

*Ab una* προθεσμίᾳ *in alteram ſpero & exſpecto, fore ut propior mihi fiat ejus amicitia.*
*Verum ut video, & concludendum eſt mihi, nunquam, o amica, de gratia tua quicquam obtinebimus.*

*Vers* 15.

من كل نضاخة الذفري اذا عرقت
عرضتها طامس الاعلام مجهول

*Ex omni rorante circa cranii poſt aures latera, cujus negotium ſit*
*Deſertum vaſtiſſimum obliteratis ſignis, impervium ulli.*

Audiamus interpretationem novam

*De illarum genere, quibus, ubi in ſudorem incaleſcunt, exundant proceſſus mamillares rivum liquoris. Quarum* ἔργον *eſt*
*Deſerta permeare, in quibus herniæ viales a ventis ſubverſæ, & arenis obrutæ ſunt, & quorum calles prorſus ignorantur.*

O quam excelſum, nobile, erectum eſt illud ſupplementum. Scoriæ pro Auro! Judicet Lector candidus ex hocce ſpecimine de tota paraphraſi laxa, quæ ubivis textum ſecus clarum obnubilat.

Finiam

Finiam in Verſu 24, quem recte hoc modo vertebat in notis ad *Tarapham* p. 67.

تمد مثل عسيب النخل ذا خصل
في غارز لم تخونه الاحايل ۞

*Extendit quaſi racemum palmæ hiſpidum ſuper turgidum,*
*Quod ſucco non deſtituunt foramina.*

En quantum mutata nova interpretatio.

*Camela, quæ caudam extendit quaſi ramum palmæ hiſpidum cortice, & foliis criſpum, (ſpinæ medullari)*
*Infixam tanquam trunco liquoris abundanti, & cujus canaliculi ſuum ramum ſucco non deſtituunt.*

Ex hiſce omnibus concludo, vel Caabum a me prout potui verſum, vel Cl. *Reiskii* ductu in OMNIBUS me fuiſſe adjutum. Si poſterius verum, omnes querelæ, & calumniæ, contra verſionem nimis literalem, ubivis obſcuram in ipſum reſultant; & ſibi ipſi contradixiſſe cenſebitur. A me vero verſum fuiſſe, ex nova, ipſo judice, meliore paraphraſi, concludo juſte. Quænam autem verſio magis ſit approbanda, meum judicare non eſt. Æquis arbitris rem lubens committo. Suntne

Suntne quædam, nec mirum, in quibus erravi? promptus paratusque melioribus locum concedam. Æquos cenſores non contemno. Potuiſſet tamen meus *cenſor* & *recenſor* paulo honeſtius egiſſe. Quid ſi ipſum, dum in ætate juvenili *vigeſimum ſextum* ederet *Haririi conſeſſum*, tam proterve inſultaſſet adverſarius, & ubivis examinaſſet vitioſa multa, barbaraque? utique illum torvo vultu adſpexiſſet: nam illud ſpecimen juvenile ante XI annos editum, in plurimis eſſe vitioſum, ipſe concedit lubens, dum nuper mihi dono transmitteret; additâ hac cautelâ: *opuſculum meum tibi dono; ſed rogo, ne illo in meam infamiam abutaris. Fuit* ἔκτρωμα, *quod lucem vidiſſe ægre fero. Sed pauca impreſſa fuerunt exemplaria, neque veniet in multorum notitiam, quod meum ſolamen eſt. Ita meretur*. Multo minus debuiſſet ille res privatas nonnullas amicorum publicaſſe: non quod mihi fuerit detrimento, ſed potius nulli rei litterariæ incremento.

Quum itaque meos labores depretiaverit nimium, reſcribendi neceſſitas mihi fuit impoſita. Imputet ſibi, ſi forte unum alterumve exciderit verbulum, quod mollius efferri potuiſſet. Nolui ipſum *flagellis ſævis cædere: juſta* potius, ubi debeo,

beo, *perſolvi eucharisteria.* Omnia non examinavi ex aſſe, tum ne nimium excreſceret hicce libellus, tum quia ex *unque Leonem* quilibet ſatis noſcet.

Oportune vero ad me poſtquam hæc partim prælo eſſent impoſita, hiſce diebus perlatæ ſunt literæ Cl. *J. J. Reiskii*, ſatis amplæ; primæ, quas poſt diſceſſum ejus in patriam videre licuit. Nonnulla hinc deſcribam. *Pro munere literisque perhumanis, laudumque elogiis, quibus me ornas, meritas debitasque ago gratias, & pro reſtitutis quoque Codicibus; ſimulque remitto ſyngrapham tuam; ſed debueras, potuerasque ſæpius & citius ad me ſcripſiſſe, & retuliſſe de editione tuorum Poëtarum Arabum, quo effeciſſes, ut opuſculum tuum prodiiſſet emendatius & clarius in haud paucis, & declinaſſes judicium, quod publice de illo tuli, æquum quidem, at ſeverum, non diffiteor, & quod tibi placere nullo modo poteſt: legiſti enim jam ut ex Cl.* Bernardi *literis comperii. Teſtor tuam meamque conſcientiam, omnia inter nos ita acta fuiſſe, ut ibi expoſui; me non ſcripſiſſe niſi vera & æqua. Conſcius ipſe Tibi es, quod diſcedens, Tibi ſuaſerim, editionem iſtius Poëtæ, ſi opus Te ſuſcepiſſe ſentires tuis viribus majus, potius abjiceres aut premeres; aut ſi omnino premere nolles,* 

*inter-*

*interdum ad me ut referres per literas, rogabam: quod facile potueras feciſſe. quum aliquoties ad Cl.* Schultenſium *&* Bernardum *hinc Lipſia ſcripſerim, adeoque Tibi ubi terrarum degam, ignotum eſſe non potuerit; Te vero ſuſcepiſſe gravius tuis humeris onus, jam credo Tibi conſtat. Cl.* Schultenſium *miror, quod, animadvertens pro ſagacitate ſua, multa perperam a Te accepta, Te tamen non monuerit, quod pro conſueto ſuo candore & ex officio magiſtri & amici & adjutoris in opere tuo, debuerat facere, & ego præſens feciſſem. Neque enim putandum aut illum non intellexiſſe, aut Te monenti adverſatum fuiſſe. Dolet quidem, me iſta mea ſevera animadverſione tuam alacritatem ad excolendum agellum Arabicum non nihil retudiſſe, & Cl.* Schultenſium *offendiſſe, quod ſecus accidere nullo modo poteſt. Sed honos meus cujus paſſim nullam imprudens habueras rationem, & gloria literarum mihi potiores ſunt omni privata amicitia. Tuam ſi porro mihi indulgere velis, penes Te jam erit arbitrium. Ut intelligas me adeo a Te alienum & gratificari invitum non eſſe, en mitto Tibi opusculum aliquod Arabicum, quod cum tuo Caabo argumenti habet affinitatem: Eſt id celeberrimum carmen & præſtantiſſimum idem* Bordah *dictum in laudes Muhammedis,*

*pro*

*pro cujus nomine ſi nomen Chriſti ſubſtituas, mutatis paucis, erit hymnus in Salvatorem, quo vix reperiatur nobilior. Cætera quæ deſideraſti mittere non poſſum: mirum interim mihi viſum, & ipſe mecum miraberis, Te in ipſa vicinia opulentiſſimæ Bibliothecæ Leidenſis, id eſt in ora inexhauſti & uberrimi fontis, poſitum, a me centum fere milliaribus noſtratibus inde remoto, aquas petere, quas deinde, ubi nactus a me fueris, rigesque hortulos tuos, dices, quemadmodum jam dixiſti, Te ex ipſo fonte hauſiſſe. Nolo jam acrior eſſe. Sed vide, Amice, quo nomine id appelles, quando, quæ ex meis apographis citas, profiteris tamen ex ipſis MSS. Leidenſibus citare, quos oculis nunquam uſurpaſti. Ego vero candorem amo præſertim in Theologo. Ita vale, Vir Plurimum Venerande, mihique, ſi potes, & niſi Te feci implacabilem, fave. Ego quidem ad utrumque paratus, ſive amicitiam, ſive ſimultates cupias. Mallem tamen illam. At ſi reſtaurare velis, ſcias tibi cum homine ſui ingenii rem eſſe, aperto, ſervire promto, ſed facile irritabili, & qui, ut ægre non fert amicorum admonitiones, ſic viciſſim ut amici ſe admoneri patiantur, flagitat.*

Rem meam defendunt hæ ipſæ literæ, in quibus emicant ſcintillæ ipſius indolis

lis faſtuoſiſſimæ. Meram ſpirant ſuperbiam & arrogantiam vaniſſimam, quaſi vero meus honos magnum caperet incrementum ab ipſius approbatione; & decrementum ab ipſius improbatione. Hicce ſcribendi mos cordis illius aperit latebras, unde inter blandiora, eruperunt verba inſultantia, & petulantia, quibus me ſub jugum redigere conatur. Non metuo hominem, nec ipſum extimeſco, dum minabundus flagellum mihi oſtendit, ut id quod ipſe commeruit juſtiſſime, evitet.

# VARIANTES LECTIONES

# C A A B I

## E C O D I C E

## L E I D E N S I.

*vers* 1. *l.* 2. pro اثرها *legit.* عندها
*vers* 2. *l.* 1. pro ان رحلوا *l.* ان طعنن
*vers* 4. *l.* 1. pro مخبية *l.* محنية
*v.* 5. *l.* 1. pro لرياح الغذي *l.* رياح الغذي
—— *l.* 2. pro صاف *l.* صافي
*v.* 6. *l.* 2. pro موعودها *l.* بوعدها
*v.* 7. *l.* 1. pro من *l.* في
*v.* 8. *l.* 1. pro فما *l.* وما
*v.* 9. *l.* 1. pro بالعهد التي زعمت legit. بالوعد الذي وعدت
—— *l.* 2. pro يمسك *l.* تمسك pro الغرابيل *l.* الغربال
*v* 14. *l.* 2. pro فيها *l.* لها
*v.* 15. *l.* 2. pro عرضنها *l.* في مهمه
*v.* 17. *l.* 1. pro فعم *l.* عبل

****

*v.* 18. *l.* 1. tranſpoſitum وجنـاء غلبـاء
—— *l.* 2. pro دفعها *l.* دفعها
*v.* 19. *l.* 1. pro اطوم *l.* اطون
—— *ibid.* pro يـابسه *l.* يوشيه
*v.* 20. *l.* 1. tranſpoſitum ادوها اخوها
*v.* 23. *l.* 1. pro كـانـما فـات *l.*
كـانّ مـا بين
*v.* 24. *l.* 1. عسيب abeſt.
—— *ibid.* pro ذا خصل *l.* ذي حصل
—— *l.* 2. pro غارز *l.* غـارس
—— *ibid.* pro الاحـالـيـل تخونـه *l.*
تَخَوَّنَهُ الاحاويل
*vers* 25. in *Leidenſi* eſt 17.
—— *ibid.* *l.* 1. pro قنواء *l.* وجنـاء
—— *ibid.* *l.* 2. pro مبين *l.* يمين
*v.* 26. *l.* 1. pro تحذي *l.* تحذو
—— *ibid.* pro لاحنة *l.* لاهية
—— —— pro بسارات *l.* نشارات
—— *l.* 2. pro ذوابلا *l.* ذوابل
*v.* 28. *l.* 1. pro اذا *l.* وقد
*v.* 29. *l.* 1. pro يظل *l.* تضل
—— *ibid.* pro مضطخرا *l.* مضطخـا

*l.*

—— *l.* 2. pro بالشمس *l.* بالنار
*v.* 32. abeſt a *Leidenſi.*
*v.* 33. *l.* 1. pro تغري *l.* ترمي
*v.* 34. *l.* 1. pro تسعي *l.* سعي: pro جنابيها
——— *l.* بجنبيها pro وقولهم *l.* وقيلهم
*vers* 38 *l.* 2. pro والعفو *l.* والوعد
*v.* 39. *l.* 2. pro فيها *l.* فيه
*v.* 40. *l.* 4. pro كثرت *l.* كثرة
*vers* 41. Totus ita

لقد اقوم مقاما لا يقوم به
غيري واسمع ما لو سمع الفيل ۞

*vers* 42. *l.* 2. pro باذن *l.* بعون
pro تنويل *l.* تاميل
*vers* 44. Totus ita

حتي وضعت يميني في يمين فتي
من ولد عبد مناف قيله قيل ۞

*vers* 45. prius Hemiſtichium ita.

وذاك ارهب عندي ان يكلمني

*vers* 46. *l.* 1. pro خادر *l.* جادر: cætera ita

من ليوث الاسد مسكنه
ببطن عثرا &c.

*vers.*

*vers* 47. *l.* 1. pro فبلحم *l.* فبلجم

——— *ibid.* pro عبشهما *l.* عبسهما

*v.* 48. *l.* 2. pro مغلول *l.* مجدول

*vers* 49. *l.* 2. pro الاراحيل *l.* الازاخيل

*v.* 51. *l.* 1. pro لسيف *l.* لنور

—— *l.* 2. pro مهند *l.* وصارم

—— *ibid.* pro الله *l.* الهند

*v.* 54. *l.* 2. pro سراويل *l.* سرابيل

*v.* 55. *l.* 1. pro شكت *l.* صكت

*v.* 56. *l.* 2. ita.

قوما وليس مجازيع اذا نيل

# AUGUSTISSIMUM DEBORÆ CANTICUM EX INTIMIS ORIENTIS PENETRALIBUS ILLUSTRATUM.

Quum ſtudia Litteraria maxime ante & dein etiam poſt Muhammedis tempora in Oriente vigerent, mos obtinebat celeberrimus, Regibus, Principibus, Ducibusque poſt victorias de hoſte reportatas publico confluxu carminibus ἐπινικίοις congratulandi: quemadmodum olim in سوق العكاظ *Foro Ocadhi* quotannis confluere conſueverant, *non ſolum ut* يتبايعون ويتناشدون شعرا ويتفاخرون *commercia agerent, ſed carminibus recitandis, alii alios gloriabundi provocarent.* (a) Teſtes ſunt Arabum

bum

(a) Verba ſunt *Gjeubarii.* vide Cl. *E. Pocockium* in notis ad Hiſtor. Arabum p. 159. Notum eſt quod referunt Arabes de carminibus ſeptem, quæ vocantur المعلقات *Almoallakat*, ſive ad *Caabæ* fores ſuſpenſa. vide præfationem *J. J. Reiske* ad Taraph. pag. 15. imo moris erat libellos in Caaba ſuſpendere, uti notat *Elmacinus* Hiſtor. Sar. pag. 116. Arabes autem maximam gloriam poſuiſſe in eloquentia, maxime poeticâ, liquet ex illo *Saphadii* العرب

bum *Philologi*. Quiſque ex horto & viridario ſuo fragrantiſſimos decerpebat floſculos, quibus poſt pulchre decantatas Victoris Laudes, Palmam, Honoriſque Lauream reliquis auferret. Pleni talium exemplorum ſunt *Annales Orientales*; uti liquere poteſt ex celeberrimi *Malec Taheri* hiſtoria, quam poſteritati inter alia reliquit Hiſtoricus *Ahmed Ibn Arabſiades*. (b) Quum enim *Tamerlanes* Orientem velut turbo pervolaret, Ducem *Malec Taherum* poſt multa tormenta in urbe *Sultania* incarceravit; ſic ut nemo ſciret, num vigilaret, vel alto ſopore perfuſus obdormiret: donec Regina *Major Sultaniam* profecta, ejus anguſtiæ aliquam laxitatem attulerit. *Timurus* dein *Diſta* reverſus, eum *Sultania* evocavit, ſummo honore & lætitia excepit. Emphatica ſunt auctoris verba فابتهج الناس ودقت البشاير *exul-*

العرب قديما ما كان لها ما يفتخر به الا بالسيف والضيف والبلاغة *Arabes antiquitus non habebant, quo gloriarentur; quam gladio, hoſpite, & eloquentia*: uti docet pluribus Cl. *A. Schultens* in Præfat. ad *Monum. Vet. Arab.*

(b) Copioſe refertur in Hiſtor. Tim. pag. 99. ſeq.

*exultarunt propterea homines, & pulſata ſunt inſtrumenta laetitiae.* Memoratum enim noſtrum *Taberum* præter omnem ſpem victoria coronatum, & ſpoliis onuſtum ad ſuos reducem carminibus exquiſitiſſimis exceperunt quatuor celeberrimi Poëtæ, quorum ultimus *Olaleddinus Filius Zeineddini*, duobus *Daubeiticis* verſibus recitatis, Regis animum devicit, atque ab eo quinque millibus Denariorum donatus victor receſſit. Hiſtoria ſic breviter contexta lumen adjiciet materiæ graviſſimæ, quam pro argumento nobis explicandam ſumimus. Hoſtis ibi ſe offert rigidiſſimus, potentiſſimus, doloſiſſimus: Victoria ſequitur parti adverſæ inſperata valde: Carmen habemus ἐπινίκιον Venerem ab Apelle artificioſiſſime pictam longe ſuperans, in Victoris Laudes effuſum. Populus enim Iſraëliticus nefaria defectione indies a Deo deſciſcebat, quapropter ipſe Deus varia huic populo, & non toleranda per vicinos hoſtes illata attulit incommoda. Luculentum exemplum graviſſimæ hujus afflictionis accidit poſt mortem *Ebudis*: tunc enim potentiſſimus Rex *Cenabanæus Jabin*, Duce & Auſpice *Siſera* Bellatore exercitatiſſimo, Iſraëlitas, quos per viginti jam retro annos violen-

tia oppreſſerat, novis bellis infeſtabat; validiſſimo ſtipatus exercitu, munitus nongentis curribus ferratis, quibus procul dubio hoſti aditum præpedire machinabatur. Citius ex pumice aquam ſibi elicere poſſe videbatur Iſraël, quam ab hoc Bellatore victoriam reportare. Certiſſimum exitium omnium cordibus jam inſederat; nulla evadendi rima ipſis patula videbatur. Ad Deum itaque tanquam ad Aſylum & Refugium tutiſſimum ſe conferunt, ejus opem implorant, miſericordiæ ejus particula contenti. Excitavit autem Deus *Deboram* Prophetiſſam, alteram Iſraëlis matrem fidiſſimam, quæ convocato *Barako* contra hoſtem vexillum erigere adgreditur, ſolius Dei auxilio freta, atque a fidelitatis ejus lacinia ſecuriſſime pendens, & exercitu decies mille virorum manum cum *Siſera* conſerit, cujus potentiæ ſuccumbendum fore communis tremor omnium artus occupaverat. Verum Jehova, qui grandines facit tela, ſe Ducem exercitus præbuit fortiſſimum; Siſeram cum toto agmine quaquavorſum fudit, proſtravit, & voratori gladio objecit. Atque ſic Victoria poſt Martem felicem præter omnem ſpem ceſſit Iſraëlitis. Digna ſane

ne res, quam poſteri alta mente repoſtam ſervarent. Debora idcirco cum ſodali Barako, convocatis Regibus, Principibus, totoque populo, Carmen Deo ſacrum decantabat, laudes ejus efferebat, ſtyloque cothurnato (c) aſt fucato neutiquam celebrabat, Deoque populi ſui vindici ſtrenuiſſimo omnem Victoriam ſinſincera mente adſcribebat.

Hiſce prælibatis, ipſam rei arcem adgrediamur. (d)

---

(c) Elegantiſſima ſunt verba *Herm. Witſii* Miſcel. Sacr. Lib. I. Cap. XXIII. §. XIII. *Carmen, quo ob partam victoriam Deo bellorum præſidi ſolemnes gratias egit Debora, tanta verborum magnificentia, tanta figurarum varietate, tam aptis auresque implentibus numeris, tam eleganti translationum audacia, tam nativa & nitida adfectuum, quos res exigebat, repræſentatione, concinnatum eſt, ut neque Pindaricis nec Venuſini vatis odis poſtponi debeat: & vel ex hoc ſolo ſpecimine adpareat, quanta Poëſios vis antiquiſſimis temporibus fuerit apud Hebræos, præcipue apud vates Divini adflatus participes, quando Græcorum animi craſſiſſima ad huc barbarie hebebant.*

(d) Ad verſum primum nihil notavimus, quod verba per ſe clara ſint. Quæ vulgo hic disquiri ſolent, dabit *Schmidius* in *Comment.* & Laud. *Witſius*. Cap. cit. de *Prophetiſſis.*

ותשר דבורה וברק בן אבי *Verſ.* 1.
נעם ביום ההוא לאמר:
בפרע פרעות בישראל בהתנדב *Verſ.* 2.
עם ברכו יהוה:
*Verſ.* 3.

---

*Verſu* 2. Quod itaque felicibus avibus auſpicamur, operam noſtram exigit textus vexatiſſimus, denſisque tenebrarum nebulis obſitus, ubi ſacer ſcriptor ſic habet בפרע פרעות בישראל בהתנדב עם ברכו יהוה. In *Priore* parte exercitos tenet Interpretes formula ſucciſior בפרע פרעות. Duplex isque diverſiſſimus eſt vertendi modus. Prior verba ſic convertit, *quandoquidem ſumit ultiones per Iſraëlem*: ita *Junius*, *Buxtorfius* in *Lexico*, ubi varias hujus Radicis notiones congeſſit, *nudavit*, *retexit* &c. adjiciens demum notionem *ulciſcendi* ex uſu Chaldaico, ubi hæc Radix cum ſuo derivato פירענות *ultionem*, & *vindictam* ſignificat. Hæc tamen Verſio calculum *Cocceji* mereri non potuit, qui 2°. in *Lexico* ſubſcribit explicationi *Chaldæi*, *R. Salomonis* & *Levi*, totum verſum ſic convertens: *Dum factæ ſunt nudationes in Iſraële*, vel *dum evenerunt receſſiones in Iſraële*, *ob voluntariam populi devotionem*, *benedicite Jehovam*

*Verſ.* 1. Cecinit *Debora*, & *Barak* Filius *Abinohami* hoc ipſo die, dicendo.

*Verſ.* 2. In ſumma diſturbatione rerum omnium in *Iſraële*: dum populus velut fluxu ſe obſerebat, benedicite Jehovæ.

---

*Verſ.* 3.

*hovam.* Hoc in *Commentario* ſic ὠσαφερίζει. h. e. *quum quidam ex Iſraële rejecerunt ſuum Deum, & nuditatem ſuam oſtenderunt, & ſe ſpoliarunt divina gratia, atque in populum magnas calamitates invexerunt; tamen benedicite Jehovam, ut memorem fœderis & eum ſanctitatis ſuæ ac gloriæ Zelatorem, tum etiam miſericordia ingenti & potentia ſe notificantem.* Hæc primo loco ponere volui, ut pateat, quantum ſæpe ſibi permittant Docta Ingenia absque ulla ſpecie pro veris commendantia, quæ propius inſpecta de proprietate nos incertiores remittunt. Fieri enim non poteſt, ut, quamdiu certa & indubitata alicujus vocabuli virtus conſtituta non ſit, liquido pateat, quid aliquis ſcriptor intenderit, præſertim ſi formula Proverbialis nobis ignota præ manibus verſetur.

Ut itaque ex Cimmeriis iſtis tenebris, quæ omnia Lexica inſederunt hactenus, liberemur, adibo fontes liquidiſſimos Linguæ Arabicæ, e quibus velut ex Abyſſo

inexhauſto; magnum decus in Linguam Hebraicam largiſſimo ſinu infunditur: ubi hæc Radix variis notionibus inſignita eſt, quas *Golius* in *Lexico* ſub فرط leviſſima mutatione ע in ט (de qua adi *Clav. Dial.* p. 270.) nobis exhibet: ubi primo loco ponit *Prævertit. Præceſſit.* aliaque Gloſſemata in *Giggejo* alibique obvia. Hæc omnia pendent a formula ſolemniſſima, quam *Arabes* adjecto vocabulo نظام, quod *lineam margaritarum* notat, ſic efferunt فرط النظام *turbata fuit margaritarum ſphærula*, pro *res fuerunt conturbatæ, ſuo ordine diſſolutæ.* Hoc ſagaciſſime eruit فريد الوقت *Alb. Schultens* in notis ad *Harir.* II. p. 45. Ea phraſis apud antiquos Oratores & Poëtas altiore cothurno incedentes, atque ex pratis amœniſſimis orationis exquiſitæ floſculos decerpentes tritiſſima eſt. Aliquoties adhibet Hiſtoriæ *Timuri* ſcriptor; ut pag. 312. وانحل عقد نظامهم وانفرط *& ſolutus eſt nodus funiculi eorum, atque diſturbatus.* pag. 390. ويسابق بعنانه عنان الطير فيتدارك ما انفرط من النظام *quam celerrime advolavit, turbatam margaritarum lineam reparaturus*: conf. p. 24. 366. 408. Reliquis locis exſcribendis

bendis ſuperſedebo, contentus addidiſſe ad hujus formulæ illucidationem nobiliſſimum Grandiloquentiæ Arabicæ ſpecimen, quod nobis exhibet Poëta Vetus a Cl. *Schroedero* فريد الدهر وحيد العصر citatus in *Comm. Philol. Critico* de *veſtitu Mulierum Hebraic.* Cap. XIII §. 6.

ونظمت نظامها من در وزمرد
لم تفرط من طرفيه

*Eleganter in filum conſeruit Margaritas,*
*& Smaragdos,*
*Quæ e duabus extremitatibus non ejiciuntur.*

Hac indubitata itaque proprietate ſic conſtituta, facile erit evolvere, quicquid in *Arabico*, & in *Hebraico* hactenus inextricabile videbatur. Hinc enim fluxit notio *prævertit*, *præceſſit*, *præceleravit*, *præmiſit*, *præceps fuit*, q. d. *margaritæ ſeriem diſſolvit*, atque ita *ordinem exceſſit*. Speciminis loco قليل من كثير dabo *Alcoran. Sur.* XX. vſ. 47. قالا ربنا اننا نخاف ان يفرط علينا او ان يطغى *Reſponderunt: Domine noſter, nos ſane timemus, ne præceps feratur contra nos, aut ne modum excedat.* Paulo aliter *Surat* VI. 31. قالوا يا حسرتنا على ما فرطنا فيها *Dixerunt: Proh dolorem noſtrum, pro*



quo

*quo quod negligentes fuimus de hac (hora.)* adde vſ. 38. 61. XII. 80. XXXIX. 57. & in *Paraph. Arab.* in *Tabulam Cebetis* p. 22. الا ان يلحق الانسان الندم فينتبه علي امره ويفيق من جهله ويتلافي ما فرط منه *niſi ſi quem inceſſerit pœnitentia, atque in rem ſuam experrectus ille ad meliorem mentem ab ignorantia redeat, idque reparet quod neglexit.* Hinc lucem fœneratur *Prov.* XIII. 18. qui locus mire verſus. Pro vulgari ריש וקלון פורע מוסר *paupertas & ignominia abſtrahenti ſe ab eruditione:* ita eſt reſtituendum. *attritio (bonorum) & nota infamiæ inuſta eſt diſſipans, diſſolvens,* atque ita *negligens caſtigationem.* Pro quo uſu ſuccinit illud *Adagium* in *Adagiis Golian.* p. 73.

اذا انت لم تزرع وابصرت زارعا
ندمت علي التفريط في زمن الزرع ☼

*Cum non ſeveris videns ſerentem alium,*
*Pœnituerit te negligentiæ tempore ſegetis.*

Adde illud *Bohadini* de rebus geſtis *Saladini* p. 27. وكان لا يري الاساءة الي من صحبه فان افرط في الخيانة *Connivebat præterea ad maleficia miniſtrorum ſuorum, etſi nec modum nec modeſtiam ſervarent in ipſo fraudando.* Similiter de

*Mane*

*Mane Althanawi* refert *Abil-Pharag.* p. 131. *eum* يفرط في تمجيد النار وتعظيم شانها *modum exceſſiſſe in laudando igne, ejusque virtute celebranda* (e) Lubens hic manum, ut dicunt, de tabula tollerem, niſi mihi ex certis indiciis conſtaret, ipſos Arabas ad hanc formulam, quam ſupra propoſui, oculum intendiſſe. Huc alluſiſſe mihi videtur *Bohadinus* floſculorum ille amator p. 204. فانا كنا علي الرملة قريبين للعدو وما يمكن التفريط في الدواب خشية المهاجمة *Etenim ad Ramlam haud procul ab hoſte poſitis nobis, difficillima erat pabulatio, jumentisque paulo ſolutius paſtum miſſis, metus ab hoſte præſentiſſimus impendebat.* paulo clarius p. 208. ولا نقدر على التفريط بذلك بين المسلمين *haud licet nobis tam diſſolutis eſſe & rerum noſtrarum negligentibus inter Muſelmannos.* pag. 101. غير مفرطين *nusquam diſſoluti.* Huc alludit *Abi Jaafer Ebn Tophail* p. 162. وكاني

---

(e) Reliquas gloſſas hinc quilibet in ordinem rediget. Eſt & alia notio e *Golio* exulans, qua فرط in IV ſpecie idem valet ac علا *ſupereminuit*; de qua vide notas noſtras ad Carmen *Caabi* p. 109.

وكاني بمن يقف علي هذا الموضع
من الخفافيش الذين تظلم الشمس
في يتحرك في سلسلة جنونة ويقول
اعينهم لقد افرطت في تدقيقك

*Et jam videor videre aliquem hic loci conſiſtentem, ex veſpertilionibus illis, quorum oculos Sol perſtringit, ſe in ſtultitiæ ſuæ catena movere, dicentem, utique ſubtilitate tua modum exceſſiſti.* (f)

Reſtat adhuc ut obiter elucidemus vim verbi Hebraici, noſtroque loco ſuam nativam gratiam, ut & aliis locis reſtituamus. Dubium enim amplius eſſe non poteſt, quin veteres Hebræi, antequam פרע abſolute ita adhibuerint, dixerint ſolemniſſima iſta formula فرط النظام, (g) quod dein ad qualemcunque *exceſſum*, & *inor-*

(f) Adde locum illuſtrem ex Oratione MS. Arabſiadæ. فتخرم القاعدة وتختلط راس المال والفايدة فقل اني ينتظم لي قال وقد انفرط نظام الحال هذا *disrupta erant fundamenta & confuſa opum capita, atque uſura, & dic quæſo, quomodo verba nexa dare poſſem, dum hujus ſtatus ſphærula ſoluta eſſet.*

(g) Supereſt quippe in ditione Hebræa derivatum נֶזֶם *inaure*, quod convenit cum Arabico نظام,

*inordinationem* tranſtulerunt. Id unice præfert locus *Prov.* I. 25. ubi ותפרעו vulgo vertitur: *& rejeciſtis.* ſubſtitue *& ſeriem conſiliorum meorum diſſipaſtis, diſſolviſtis.* Similiter *Exod.* XXXII. 25. & *vidit Moſes populum* כי פָּרֻעַ הוא, *quod eſſet diſſolutus & diſſipatus, quoniam* פְּרָעֹה *diſſipaverat eum Aaron* לְשִׁמְצָה *ad modum ſpherulæ inter hoſtes ipſorum.* de qua verſione non dubitare ſinit adjectum vocabulum שמצה, quod Arabibus سمـاط idem ſignificat quod نظـام. Conferri adhuc obiter meretur illud *Abulfedæ* in Excerptis p. 50. فحصل بذلك الثغر بط لضعف البلد *illa novi præſidii tenuitas res noſtras conturbavit.* Huc etiam pertinet *Prov.* IV. 15. Reliqua loca hinc explicare cuivis in promptu erit. Contraho tandem velum, atque ad noſtrum locum *Judicum* me converto, quem ſic explano, *quoniam diſſolutiones fuerunt in Iſraële.* i. e. quoniam omnia ſusque deque absque ulla ſerie & ordine volverentur per bellum illud, in quo colluctandum erat Iſraëli cum Siſera. Id cuivis ex ipſa hiſtoria ulterius dedu-

---

نظام, imo نزم vel potius per Elementi vicinitatem بزم vide G. N. *Schroederi* Comm. de Veſtit. Mul. Hebr. Cap. XIII.

deducere non erit difficile, quemadmodum & ea loca, ubi פרע de *coma diſſipata* adhibetur. EG. *Num.* v. 18. ubi agitur de *muliere adulterii ſuſpecta*, cujus *caput ſacerdos* dicitur *nudare*, vel ut *Coccejus* dat *retegere*. Nos elegantiam Linguæ ſic exhibemus *diſſipare comam disjectam & conturbatam plane*. *Levit.* XIII. 45. & *coma ejus erat diſſipata omni ordine ſoluta* (h) *Num.* VI. 5. *Deutr.* XXXII. 42. מראש פרעות אויב *a capite comarum inimici:* i. e. *cujus omnes res ſunt perturbatæ. ac confuſæ.* ut doctiſſime interpretatur Academiæ Franequeranæ lumen inſigne *H. Venema* in notis ad h. l.

*Ibidem.* In poſteriori hujus verſiculi parte adhuc verbulo elucidanda vis verbi נדב, cujus Hitpahh. hic præ manibus eſt. Generaliter in Lexicis datur *ſponte incitari, moveri ad aliquid.* In Hithpahh. *ſponte obtulit.* Latinorum *ſponte*, ut omnibus notum, eſt ablativus a veteri *ſpons*, quod ſi antiquis *Grammaticis* fides eſt, a σπένδειν i. e *libando* nomen invenit. Moris enim erat

(h) Maximum hoc erat ſcandalum: ſiſtebatur quippe mulier coram facie Dei omni comptu ſpoliata, crinibus miſerè diſſipatis, quippe quæ omni dedecore erat digna. Quum

Quum nuper pro concione explicarem *Luc.* VII. 37. 38. de muliere illa, meretrice famoſiſſima, quæ ad Salvatorem in domo *Simonis* Phariſæi adſidentem, contrita corde ſe contulerat. Inter externa veræ humilitatis ſigna, erat: quod *ſtaret pone pedes ſalvatoris lacrymans, quos lacrymis rigabat, crinibusque capitis extergebat.* Quum muliercula illa antea ſe dederat lenociniis, ſolebat crines artificioſe tornare, & flectere. Ad indicium quod a ſervitio mundano ſe abſtraxerat, en *crines laxat.* Video Commentatores duplicem intendere alluſionem, vel quod *apud Romanos tempore peſtilentiæ aut atrocis cujuſdam calamitatis matronæ virginesque omnia lamentis implebant, & paſſis crinibus templorum pavimenta verrebant.* Alii putant reſpici ad morem Veterum, *qui in conviviis puerum ſibi adſtantem habebant, cujus capillis manus ſiccarent.* Vide *Wolfii* Curas Philol. Ego, licet nemini velim obtrudere, ab hiſce ſum alienus. Magis & forte certius credere licet, alludi ad legem divinam de muliere adultera. Nonne talis erat hæcce mulier, quum nomine ἁμαρτωλὴς audit? nonne id fatetur, dum coram facie ſummi ſacerdotis crines diſſolvit? Dum inter omnia membra, quibus mundo inſervirat, erant crines, & illos vult dedicare in uſum pietatis: Crinibus laxatis & pedibus Chriſti abſtergendis adplicitis, non tantum amorem flagrantiſſimum oſtendit, ſed ſimul fatetur ſe meruiſſe poenam juxta legem divinam adulteris intentatam, quam nunc ſedulo deprecari ſtudet.

erat Græcis in devotionibus ſacrificia li-bare. Clarum eſt illud *Homeri* Iliad. H. 480.

> Οἶνον δ' ἐκ δεπάων χαμάδις χέον, οὐδέ τις ἔτλη
>
> Πρὶν πιέειν πρὶν λεῖψαι ὑπερμενέϊ Κρονίωνι.

Nemo qui prudens calculos ſubducere no-vit, facile dixerit, idem olim in Veteri Lingua notaſſe Hebraicum נדב: id enim majori fundamento rejici, quam poni po-teſt. Cl. *Coccejus* generalem vim *animi im-pulſionis* & *motus proprii* in *Lexico* propo-ſuit, adfinitatem habere exiſtimans cum Radice נדף. Ex talibus merito anguſtia arguitur. Originem nobis reſtituit ditiſ-ſima Arabum copia, ubi Radix ندب variis notionibus inſignita, quæ imperiti alicujus oculos facile præſtringere poſ-ſent. In Lexico *Golii* primo loco conſpi-cuum eſt: *deflevit mortuum*, *inſtigavit*, *a-gilis*, *expeditus*, *egregius* & *nobilis fuit*: quas omnes notiones etiam recenſuit *J. A. Kromayerus* de uſu Linguæ Arab. pag. 131. nihil tamen de origine monens. Ab his omnibus ut videtur longiſſime deflec-tit tertia gloſſa *cicatricem habuit dorſum*. Ad originem inveniendam prælucet, quod exhibet *Giggejus* in theſauro ſuo خذ ما انتدب

انتدب *accipe quod paulatim fluit*, quæ indubitata eſt notio, unde omnia manarunt. Addatur tantum *fluxus copioſior*, qui huic Radici certiſſime ineſt. Hinc jam lucere, credo, incipit, quid ſibi velit ندب الميت, *deflevit mortuum*; ſive *fluxum animi mœrentis*, ſive *lacrymarum* intendas: quaſi dicas cum *Homero*, κλαίων τέτηκε *lacrymis liqueſcit*. Reliquas notiones, ne anſa detur adverſariis Linguam Arabicam pro barbara aut inculta traducendi, evolvam, atque oſtendam vel maxime cohærere, quod prima fronte diſſolutum & neutiquam cohærens videbatur. Hinc itaque fluxit notio *inſtigandi aliquem ad rem*, nempe *liberali motu peragendum*. item *agilis*, *expeditus fuit*, nihil aliud eſt, quam quod *Latini Veteres* a ſuo *ſponte*, potuiſſent dicere *ſpontare*, i. e. *agili motu fluere*: hinc derivatum نَدْبٌ *agilis*, *promptus* ſpeciatim adhibetur in rebus militaribus: (i) ita ſumendum docuit Cl. *Schultens* locum

(i) Ita *Koraith Ibn Onaiph* in Hamaſa.

لا يسالون اخاهم حين يندبهم
في النايبات على ما قال برهانا

 Non

cum *Pſ.* CX. 3., quem olim in notatis ad h. l. pulcherrima hac figura adauxit. *Populus tuus*, i. e. *tui milites erunt ſumme voluntarii, tum quum in aciem educes.* Hæc etiam noſtri loci genuina eſt facies. Ab illa origine pendet tandem gloſſa tertia ندب الظهر proprie dicas *dorſum fluxit: vulnus* enim recte dicitur *ſtillare*, & *dorſum fluere*, quum ulceratum eſt. Reliqua ad hunc modum quisque expediet. Radix igitur noſtra נדב non ſimpliciter *Spontaneitatem* in ſe continet, ſed *fluxum uberrimum*, & *copioſum*; unde ad *liberalitatem* & *munificentiam* pronus eſt tranſitus; quemadmodum & ad נדיב oppoſitum נבל quod *emarcidum*, *omni ſucco* & *ubertate carentem* ſignificat. Quæ figura omnibus locis ſuperpondium & præclarum decus adjiciet.

Ulterius tamen greſſus pando, & conſpiciendum præbeo celſiſſimum aliquod ſublimium cogitationum culmen, noſtras immenſis paraſangis ſuperantium, atque ultra Sphæram humanarum fere ſpeculationum emicantium: immenſum Metaphoricorum

---

*Non poſcunt fratrem ipſorum, quum promptos ciet*
*In calamitatibus, ut id quod dicit, probet.*
Confer notas *Al. Schultens* p. 310.

corum floſculorum gurgitem innuo, in quem mei Arabes, nativi iſti margaritarum urinatores ſe perpetuo immittere aſſueverunt.

Lubet itaque nunc recenſere aliquot claſſes Metaphorarum & divinarum vere ſimilitudinum, quibuſcum *dona*, *liberalitas*, omnis denique *munificentia* apud Arabes comparantur, nempe cum *nubibus*, *pluvia*, *rore*, *flumine*, *lacte*, aliisque imaginibus. Ex qualibet claſſe quædam delibaſſe inutile non fuerit, ut pateat quanto cum fructu & jucunditate illuſtrari poſſint talia loca, ubi ſimiles figuræ a Prophetis maxime adhibitæ, in quibus interpretandis ſæpe mirum in modum hallucinantur Interpretes.

I. Exordior itaque a *nubium* figuris, in Libris Arabum paſſim obviis. Ita inter *Saladini* virtutes recenſet *Bohadinus* p. 35.
وغشي الناس من سحايب الافضال
والنعم ما لم يورخ عن غبر تاسك
الايام هذا كله *Nulli interim Faſti conſimilem referunt munificentiam, qua quis homines e nubibus veluti liberalitatis compluerit.* Conſimile ſchema exhibet imitator ille *Haririi*, *Patriarcha Antiochenus Elias*, vulgo *Ibn Hadîti* p. 256. اليوم انجم سحاب

سحاب العطايا انجم ضباب الخطايا *hodie perennem pluviam fudit nubes donis fœcunda, in ſerenitatem deſierunt nebulæ peccatorum* : nec non pag. 254. وهطلت علي كل الانام سحايب النعماء والطاف الجود *Et in omnes mortales ſtillarunt nubes felicitatis, & chariſmata liberalitatis.* Hinc lucem jam inſignem fœneratur locus *Eccleſ.* XI. 3. *Si plenæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent* : ubi laude ſua non defraudabo Doct. *Belgas* in notis interpretantes, indigitari divites oportere pauperibus dona impertiri, prout pluvia terram ſiccam irrigat absque ullo loci, aut agri reſpectu. Addo tantum in Oriente nihil eſſe frequentius, quam *divites nubibus* aſſimulari, eorumque *largiſſima dona imbri denſiſſimo.*

II. *Pluviorum* imago multo etiam frequentiſſima eſt. In *Hiſtor. Sarac.* p. 281. Imperatoris *Naſri liberalitatem* hoc verſu deprædicat Poëta *Habuſus.*

اذا ما غمام خص ارضا بغيثه همى هاطلا

في كل قطر لنا قطر

*Cum nubes ſe propriam Terræ reddit aquam expetenti,*

Dum

*Dum pluit, in quavis pluvia nobis gutta fuit.*

Adde illud laudatum Cl. *Schroedero* p. 52. ex Hiſtor. Valid. MS. وغرايض مدرارها كدرر نطفتها ناطغة *recentes guttæ copioſæ pluviæ, uti margaritæ inaurium ejus ſtillabant*: Similiter de *miſericordia Dei* dicunt Turcæ باران رحمت بحسابنش همرا ريبده *pluviam miſericordiæ ſuæ ſine numero omnibus concedit.* Supple حق *Deus.* vide *Warneri* Miſcel. Theol. pag. 55. Hinc illuſtretur locus *Pſalm.* LXVIII. 10. ubi ſimul adhibet Pſaltes derivatum noſtræ Radicis נדב: *pluviam* נדבות *donorum copioſiſſimorum* ex uberrimo velluti munificentiæ tuæ cœlo *ſtillare facis*, *ô Deus.* Sed forte nimium, ut cum *Arabſiade* loquar, خرجنا من المرام *a propoſito deflectimus.*

Pro ſimilitudine confer adhuc *Hoſ.* VI. 3. *Et veniet ſicut pluvia nobis, ut pluvia ſerotina* יוֹרֶה אָרֶץ *erudiens terram.* ita dat *Coccejus.* *Belgæ* particulam *&* ſuppleverunt: *& matutina terræ.* Perperam *Raſchi* dicit יורה ארץ per μετάθεσιν ſcriptum eſſe pro ירוה ארץ *rigabit terram.* Neque cum *Aben Eſra*

 di-

שמעו מלכים האזינו רזנים אנכי *Verſ.* 3.
ליהוה אנכי אשירה אזמר ליהוה אלהי
ישראל :
*Verſu* 3.

---

dicendum truncatum eſſe ב, ut legatur יורה בארץ. Ego magis vellem *erudiet terram*, ut ſit Fut. in Hiphil a ירה. tandem *Ezech*. XXXIV. 26. & *deſcendere faciam pluviam in tempore ſuo: pluviæ benedictionis erunt*.

III. Sed video me jam ultra quam putaveram abreptum, adeoque reliquas imagines ſimul complectar, contentus monuiſſe Arabes multo adhuc laſciviores eſſe in pingenda liberalitate, veluti cum *Mari*: ut apud *Arabſiad*. pag. 111. وافاض علي الوافدين منهم بحار الهبات *profudit ſuper advenientes donorum maria*. Alio flexu de *clementia* dixit Poëta Perſa in *Gazophyl. Linguæ Perſicæ*.

بحر الطاف توبي پايان بود

*Mare clementiæ tuæ immenſum eſt.*

*Cœli*, *rorisque* imaginem exhibet *Haririus* Conſ. VI. pag. 244. وسماحك يغيث وسماوك تغيث وردك يغيض وردك يغيض & *munificentia tua opi-*

*tu-*

*Verſ.* 3. Audite Reges, porrigite aures Conſiliatores. Ego Jehovæ, ego *inquam* Jehovæ canam, & modulabor Jehovæ Deo Iſraëlis.

*Verſu* 3.

---

*tulatur, & cœlum tuum compluit: & radiatio lactis tua excreſcit; & repulſio tua decreſcit.* Concinit illud *Hamaſæ* لا ندر لعاصب *lac non emittimus femora nervo conſtringenti*: ubi notat *Tebrizius* Schol. لا نعط علي القسر *munera non largimur coacti.* Hoc commentarii loco ſubſervire poteſt iſti Proverbio الدر يقطعه جفاء الحالب *fluorem lactis abrumpit importunitas mulgentis.*

*Verſu* 3. Nihil in hoc verſu eſt, quod vel leviter peritum detinere poteſt. Verba ſic ſonant, *audite Reges, auribus percipite* רזנים, *ego Jehovæ, ego canam, pſallam Jehovæ Deo Iſraëlis.* Notabo tantum, fallaces & precarias eſſe denominationes, quibus, רזנים exprimuntur, *Principum, Regum, Dominatorum.* Radix enim רזן, unde noſtrum vocabulum deſcendit, nuſpiam in Bibliis extat; unde alii recurrerunt ad *Chaldaicum* רז *ſecretum, arcanum*, quaſi *Principes* ita dicti eſſent, *qui conſilia Politica arcana tractant.*

Sed licet & hoc admitterem, quæſtio eſſet, unde illud רִן nomen invenerit. Melius Cl. *Stockius* in *Lexico* reſtituit Radicem רזן *gravis fuit*, *rem libravit*, apud Arabes رزن, ut in H. D. pag. 52. فامنحني قلبا فهما وعقلا رزينا *da mihi cor intelligens*, *& intellectum gravem*. (k) Hinc noſtrum derivatum רוֹזֵן participium, proprie *libratorem* ſignificat: quæ

---

(k) Excerpo ſequentia ex *Gjeubario*.
الرزانة الوقار والسكينة وقد رزن
الرجل فهو رزين اي وقور وامراة
رزان اذا كانت رزينة في مجلسها
قال حسان

حصان رزان لا تزن بريبة
وتصبح غرثي من لحوم الغوافل

ورزنت الشي ارزنه رزنا اذا رفعته
بيدك لتنظر ما ثقله من خفته وشي
رزين اي ثقيل

*Vox* رزانة *eſt gravitas & pondus. hinc in prima media dammata gravis fuit vir, ponderoſus, qui* رزين *audit & mulier* رزان *quum ſit gravis pondere in conſeſſu. Ait Haſan.*

*Pudica mulier, gravis moribus, quæ non opinatur malum;*
*Evaditque gracilis de carnibus ſocordiæ.*

*Item*

quæ apta nata eſt idea *Principis*, *Judicis*, aliusve *Perſonæ Nobilis*, quæ æqua lance rem expendit, ponderat, & tum demum judicat.

Hæc idea *librandi* omnibus Gentibus nota eſt. Pulcherrime eam adhibuit *Minutius Felix* pag. 34. *in præſentiarum tamen ita tibi informandus eſt animus, ut LIBRAM teneas æquiſſimi JUDICIS*: vide ibi notas *Gronovii*: *Perſius* Satyr. IV. 10.

*Scis etenim juſtum gemina ſuſpendere*
*LANCE*
*Ancipitis LIBRAE, rectum diſcernis, ubi inter*
*Curva ſubit, vel cum fallit pede regula varo.*

Huc pertinet Græcum σάθμος ab *Ariſtophane in Ran.* vſ. 1412. ſic tralatum.

Ἐπὶ τὸ σαθμὸν γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι,
Ὅσπερ γ᾽ ἐλέγξει τὴν πόιεσιν νῷν μόνος.
Τὸ γὰρ βάρος νῷν βασανιεῖ τῶν Ῥημάτων.

*Nunc*

---

*Item in prima, pondero rem, cum Futur. & derivato, quum manu tua eam tollas, ut explores graviſne ſit an levis. & talis res gravis* رزين *audit.* Ita vernaculè dicimus; Wegen of de ſaeck ſwaer is. Item hy is wigtig &c.

*Nunc ad ſtateram volo virum hunc de-*
*ducere.*
*Nam ſola hæc utriusque oſtendet Poëti-*
*cam,*
*Et utrinque verborum librabit pondera.*

Trita ſimiliter eſt *Rabbinorum* formula ידין אותו לכף זכות *judicet eum lance æqua*, ut contra כף חובה *lance iniqua*: unde *Joſua Perachi* F. in *Avoth*. Cap. I. apud *Druſium* Adag. Hebr. Centur. x. Adag. pag. 94. ait הוי דן את כל האדם לכף זכות *judica omnes homines æqua lance*. Cui volupe eſt, cum his conferat Hebraicum פלס *ad libellam examinavit*, & Arabicum وزن *rem perpendit ad modum libræ*: nec non שקל *ponderavit*. Notum eſt Latinurum *ponderare ſententiam*, *negotia*: ita apud *Phœdr*. L. III. Fab. X. 54.

*Hoc admonere ſimplices etiam poteſt,*
*Opinione alterius ne quid ponderent.*

Et apud *Quintilian*. *Inſt*. *Orat*. p. 930. *delectus enim rerum verborumque agendus eſt, & pondera ſingulorum examinanda.* Cum judicio adjunctum *examinanda*. Quid proprie ſit *examen* nemini in Latinis vulgariter verſato ignotum eſſe poteſt. Conſulatur

latur *Feſtus* in voce. Hinc veteres ſuum *amuſſim*, & *examuſſim* derivant, ut notat *Lambinus* ad *Plauti* in *Milite Glorioſo* verſum.

*Ineſt in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.*

Vide eundem ad *Moſtell.* p. m. 429. Hebraicum itaque רוֹזֵן ut hoc repetam, proprie nihil aliud ſignificat, quam *libratorem*, unde per pulcherrimam Metaphoram ad *Reges*, *Principes*, *Judiceſque* transfertur, quippe qui res æqua lance librant, trutinant, expendunt: quorum contrarii עֲוִילִים in *aliam partem propendentes* Hebræis olim vocabantur. (l)

*Verſ.* 4.

---

(l) Alludo ad notionem, quæ regnat ſub Arab. عال *propendit in alteram partem judex, ſtatera.* vid. Cl. *Schult.* ad *Harir.* Conſ. 3. pag. 138. *Clav. Dial.* pag. 252. & Comm. ad Job. pag. 150.

(m) Hue

*Verſ.* 4. יהוה בצאתך משעיר בצעדך משרה אדום ארץ רעשה גם שמים נטפו גם עבים נטפו מים :

*Verſ.* 5. דרים נזלו מפני יהוה זה סיני מפני יהוה אלהי ישראל:

*Verſ.* 6.

---

*Verſu* 4. & 5. In verbis iterum nulla difficultas, quæ ſic cum reliquis convertimus: *Jebova, quum emicares ex Sebire, quum ſpatiareris ex agro Edomæorum, terra tremuit, etiam cœli ſtillarunt, etiam denſæ nubes ſtillarunt aquas: Montes diffluxerunt a facie Jebovæ: ipſe Sinai a facie Jebovæ Dei Iſraëlis.* Notetur quoad literam, 1) hanc eſſe vim & poteſtatem verbi יצא, quam in *micando* infra exemplis ſtabilitam dabimus. 2) Verſionem Arabicam in *Bibliis Polyglotis*, verſiculi quarti faciem ſic exhibere
يا رب عزك ومجدك من صاعير حين
مشيت بين ضياع ادوم تزلزلت الارض
وقطرت السماء ايضا ورشت السحاب
ماء *O Domine, robur tuum, & gloria tua de Seir: cum gradereris inter oppida Adum, mota eſt terra, cœlum quoque ſtillavit, & nubes ſparſerunt aquam.* Major eſt ambi-

*Verſ.* 4 Jehova, dum emicares e Sehir, cum magnifice incederes ex agro Edomi, terra trepidabat; imo coeli ſtillabant, etiam denſæ nubes ſtillabant aquis.

*Verſ.* 5. Montes a facie Jehovæ diffluebant; hicce *Sinai* a facie Jehovæ Dei Iſraëlis.

*Verſ.* 6.

ambiguitas, & opinionum fluctuatio de vero hujus loci ſenſu eruendo: Disquiritur enim, quorſum totum hocce ſchema referri debeat, & quænam alluſio a Debora heic loci ſit adhibita. Varia pro vario concipiendi modo hic cogitarunt Interpretes immenſum ſæpe quantum diſſidentes propter abſtruſiſſima multa in hoc capite, quæ partim figurate, partim breviuſcule valde expreſſa, minus attendentem facile implicare potuerunt. (m) Pluri-

(m) Huc reducunt interpretes præter loca *Deutr.* XXXIII. 3 & Pſ. LXVIII. 7. 8. illum e vaticinio *Habacuci* Cap. III. 3. *Deus de Theman veniet, & ſanctus de monte Pharan, ſelah!* aliud agit Rever. *Theod. Scheltinga* in Comment. nuper edito ad Habac. pag. 337. Opinatur locutionis formam petitam eſſe ex *Numeror.* X. Plura ibi legenda.

Plurimorum ſententia eſt, manifeſtam & ſolam eſſe alluſionem ad *legiſlationem* in monte *Sinaï*, ubi facta memorantur *tonitrua*, *fulmina*, aliaque dira prodigia, quibus perculſus ita fuit populus, ut monti propius accedere auſus non fuerit; adeo ut ipſe etiam mons ad tremendum ſummi Numinis acceſſum nutaſſe, ac titubaſſe expreſſe dicatur. (n) Citant hanc in rem *Deut*. XXXIII. 1. *Pſ*. LXVIII. 8. 9. Hæc ſententia primore adſpectu adblandiri poſſe videtur: ſunt tamen rationes quo minus calculum adjecerim. Non enim ibi memorantur *pluviæ*, quæ, ſi totum illud ſchema illuc pertineat, neutiquam omitti debuiſſent; licet alii illas tacite hic ſubintelligi autumentur. Maxime etiam huc facit, quod obſervavit *Clericus*, hic neutiquam quadrare, atque inſulſam fore alluſionem, ſi nubes, quæ ſummum cacumen Sinai inſedit, a monte *Sebire* veniſſe, ac proceſſiſſe dicatur. Magis itaque mihi placeret Doctiſ. *Belgarum*, *Brentii*, aliorumque opinio, qui exiſtimant adludi ad Iſraëlitarum hiſtoriam, quos Deus poſt negatum ab Edomæis tranſitum, præſentiſſimo glorioſæ ſuæ

(n) *Exod.* XIX.

ſuæ majeſtatis ſigno in columna nubis, & ignis reſidentis, nacta ſimul a Cananæo Heradi Rege victoria, ſtupendo plane modo in promiſſam terram reduxerit. (o) Pulcherrima itaque & plane Poëtica foret locutio, qua innueretur omnia divinâ hacce præſentiâ fuiſſe perculſa, commota, & quaſi liquefacta, imo etiam ipſos Cananæos ad immenſum hocce facinus adſtupuiſſe, metuque abreptos totos riguiſſe veluti ac cohorruiſſe. Quod autem *Targum Jonathanis* in *Paraphraſi Chaldaica* adnotat, nugamentum eſt *Rabbinicum.* טורא רתבור טירא--דחרמון וטירא
דכרמלא מתרגשין דין עם דין ואמרין דין
לדין דין אמר עלי תשרי שכנתיה ולי חזיא
ודין אמר עלי תשרי שכנתיה ולי חזיא
אשרי שכנתיה על טורא דסיני דהוא
הלש וזעיר מכל טוריא *mons Thabor; mons Hermon, & mons Carmel fremuerunt inter ſe, & locuti ſunt ſibi invicem; hic dicit, ſuper me habitavit majeſtas ejus & mihi convenit: habitare fecit majeſtatem ſuam ſuper montem Sinaï, qui debilis erat, & minimus omnium montium.*

Noſtram ſententiam firmat ſimilis cothur-

(o) *Numer.* XX. 21. XXI. 4.

thurnatarum locutionum apud Græcos, Latinosque uſus frequentiſſimus. Rem hanc apprime pro me illuſtrabit illud *Senecæ* in *Troad.* vſ. 171. ubi de Achillis anima emphatice ſic canit.

*Cum ſubito terræ mugitu fremens*
*Concuſſa, totos traxit ex imo ſinus.*
*Movere ſilvæ capita, & excelſum nemus*
*Fragore vaſto tonuit, & lucus ſacer,*
*Idæa ruptis ſaxa ceciderunt jugis.*
*Nec ſola tellus tremuit. &c.*

Hoc tamen mihi addi poſſe videtur, Deboram hic tacite innuere immenſa iſta, ad quæ merito ſtupet homo, prodigia in legiſlatione Sinaitica perpetrata: ut ſuos magis confirmet, atque ad ſinceram grati animi teſtificationem ſtimulet, ardentique amore in Deum flagrare faciat, qui eos mirabili plane modo ex calamitatis profundiſſimo barathro extraxerit, atque in ſecuriſſimam libertatem vindicaverit. Hanc ſententiam jam olim fovit *Deodatus*, quam Doct. *Schmidius* confirmari poſſe ſuſpicatur particulis hoc modo ſuppletis. *Domine* כבצאתך *ſicut quum exiviſti ex Seir*, כבצעדך *ſicut quum inceſſiſti ex agro Edom*: כן עתה *ita nunc terra contremuit, etiamque cœli ſtillarunt*: unde hic ſenſus prodiret. „ Quando jam cum ful-
„ guribus

„ guribus & tonitruis, ſtillantibus aquas „ cœlis, nubibus, & montibus, adverſus „ Siſeram exiviſti, revera comprobaſti, „ quod tu ſis ille Deus, qui olim e Seir „ ita exivit, ut cœli ſtillarent, terra con- „ tremiſceret; nam nunc altera quoque „ vice exiviſti ex Seir, turbaturus Siſe- „ ram, exercitumque ejus, cum tremo- „ re terræ, tonitruis, imbribus „ Verba ſunt *Schmidii*, qui plura in Commentario copioſe deduxit, & non injucunda tentans, maxime tamen in priorem ſententiam de Legislatione Sinaïtica inclinat, ita tamen, ut *conſequens* ſimul, ut ait, a *monte Sinaï verſus terram Canaän usque ad emiſſionem Exploratorum iter includatur, quod prope montes terræ Edom inſtitutum eſt*. Sententia itaque a nobis propoſita vacillare cenſenda non eſt: Figuræ enim Tropicæ ejusmodi paſſim in ſacris ſunt obviæ, & in ſtylo Poëtico, qualis hic eſt non facile adſpernandæ, verum e contra majus pondus & decus materiæ addunt: quemadmodum qui ſtylum grandiorem perpendit, lubens mecum adfirmabit. Conferatur vaticinii *Eſaiæ* Caput LXIII. 19. vel juxta *Belgas* LXIV. 1. *Utinam rumperes cœlos; deſcenderes, a facie tua diffluerent montes.* verſu 2. *ut quum ignis fomitum*

בימי שמגר בן ענת בימי יעל *Verſ.* 6.
חדלו ארחות והלכי נתיבות ילכו ארחות
עקלקלות׃
*Verſ.* 6.

---

*emicat*; *proſiliitque*, *aquæ efferveſcant igne*: *ad notum faciendum nomen tuum hoſtibus tuis*, *a facie tua gentes commoveantur*. vſ. 3. *Cum faceres tremenda*, *quæ non exſpectabamus*, *deſcendiſti*; *a facie tua montes diffluxerunt*. Scena ſane perquam magnifica, digna quæ cum noſtra conferatur. Doctiſſima eſt *Camp. Vitringæ* Theologorum facile Principis adnotatio, cujus verba ſolidiſſima Lectoris mei oculo ſubjicere non pœnitebit. „ Supponitur in his (nempe locis a V. D°. allegatis) Deus tanquam Rex potentiſſimus, magna præditus claritate, ſplendore, gloria; inhabitans cœlum ſupremum ut Palatium; judicia notabilia facturus aut effecta illuſtria editurus inter homines; pro magnitudine, majeſtateque ſuâ ex ſupremis cœlis in inferiores *deſcendere*, ut propior ſit terris; & deſcenſu ſuo cœlos medios rumpere; flagrantiſſimo igne, omnem motum ſuum præcedente, vel comitante, omnia quoquo ſe

„ ver-

*Verſ.* 6. Diebus *Samgaris* filii *Hanathi*, diebus *Jaëlis* flaccuerunt viæ rectæ, & qui per eminentes regiasque ibant, incedunt viis tortuoſiſſimis.

*Verſ.* 7.

---

„ verterit, vel conſumere, vel commo-
„ vere; ut ſi in inferius cœlum atmo-
„ ſphericum venerit Deus: totum in to-
„ nitrua, fulgura, fulmina, turbines ſol-
„ vi videatur, & ingenti fragore terri-
„ genis intonet. Si illud cœlum infe-
„ rius perrumpens, propius *montes*, &
„ *tellurem* venerit: montium arbores, ac
„ virgulta incendantur; montes & colles
„ ipſi commoveantur, & tellus quaqua-
„ vorſum contremiſcat ex propinquita-
„ te tremendæ Majeſtatis „. Hactenus
ὁ πάνυ.

*Verſu* 6. Magis ſenſum, quam vim & conſtructionem verborum Hebraicorum expreſſit *Vulgatus*, dum vertit: *in diebus Samgar filii Anath, in diebus Jahel quieverunt ſemitæ, & qui ingrediebantur per eas, ambulaverunt per calles devios:* paulo nervoſius *Junius*: *Diebus Schamgaris filii Hanathi, diebus Jabelis, deſierant (recta) itinera, & ambulantes ſemitis, ibant itineribus tortuoſis.*

 El-

Ellipſin videlicet plurimi ſtatuunt latere in voce נתיבות ex oppoſita עקלקלות ſupplendam; ita ut prius ſignificet *vias rectas* oppoſite ad *tortuoſas* illas, quæ per poſterius exprimuntur: ita cenſet *Glaſſius* Philolog. Sacr. p. 573. Hunc ſcrupulum injecit ignoratio vocabuli נתיב aliquoties in ſacris obvii, cujus, dum ne ipſa quidem ſtirps in Bibliis compareret, primigeniam poteſtatem ne ſubtiliſſimum quidem ingenium conjectando eruere potuit. Hoc certiſſimum, & indubitatum eſt argumentum, quantum ſæpe in caſſum laborent ſcrupuloſiſſimi illi L. H. ruſpatores, qui ex tenuiſſimis ruderibus totum ædificium exſtruere ſatagunt. Arduus ſane clivus, ſuperandus nunquam, niſi diſertior, & fundatior aliunde auctoritas acceſſerit, quam præſtant Arabes, quibus Radix نتب ſignificat *eminuit*, unde נתיב eſt *via eminens*, *ampla*, *βασιλική*. Totum itaque locum ſic converto: *in diebus Schamgaris, filii Hanathi, diebus Jabelis flacceſcebant viæ, & incedentes viis amplis, regiisque, ibant ambagibus tortuoſiſſimis.* Ne mireris, L. H. חדלו a me verſum per *flacceſcebant.* Quod enim alii dant *ceſſabant*, *deſinebant*, aliaque ſimilia, quæ copia Linguæ Latinæ cuivis ſubminiſtrat,

ultra

ultra vim ſecundariam non adſcendunt, neque omnibus locis aptari poſſunt. Recte jam olim obſervavit *Ed. Pocockius* in notis ad Carmen *Tograi* p 65. conferendam eſſe Radicem Arabicam خذل *omiſit*, vel *neglexit illi opem & auxilium ferre.* Notionum diverſarum glomus pendet a ſignificatione *flaccidi* apud *Golium* in Gloſſa tertia conſpicua, unde ad qualemcunque rerum *ceſſationem*, & q. d. *flacciditatem* pronus eſt deſcenſus. (p) De *auxilii fruſtratione* adhibetur in *Alcor. Sur.* XVII. 23. لا تجعل مع الله الها اخر فتقعد مذموما مخذولا *ne ponas cum Deo Deum alium, ne ſedeas ignominioſus, ope deſtitutus.* Sæpe apud *Arabſiad.* in Hiſt. *Timuri.* pag. 52.

واصعب فتنة تشمت الاعداء وانكي منه
تخذيل الموالي

*Difficillima ærumna eſt hoſtium convicium, magis tamen nocet ſociorum deſtitutio.*

Ita lego pro vitioſo تخديل. pag. 53. فاقاتل

---

(p) Hanc originem adſtrui poſſe cenſeo ex vicino هدل in V. *laxus deorſum pependit*: Elementa enim خ & ه alternari docebit *Clavis* Dialect. p. 235. in رخف & رهف.

فاقاتل وجندي فان خدلني (خذلني) جندي قاتلت وحدي *Pugnabo ego & exercitus meus, qui ſi me reliquerit, tamen ſolus pugnabo.* pag. 74. ولما تحقق كودرن من شاه منصور وفاته وخدله (وخذله) الانصار واعجز بالانتصار وفاته *Cum vero Coudranus certior factus eſſet de morte Sjab Manſor, ſeque ſociis deſtitui, omni ope ad in opiam redacta, atque elapſa.* Recte apud eundem pag. 90. فتخذلته الاقدار وخالطت صفو مساعيه الاكدار *Fruſtrata eſt eum temporis injuria, & claritatem ejus conatuum fœda commiſcuit impuritas:* & pag. 329. ubi alluditur ad *Alcor. Sur.* XXXIV. 15. Hinc *ad vires flaccescentes* transfertur in vita *Saladini* p. 143. وقع علي العدو خذلان عظيم ورفعوا ما سلم من الاثقهم *hoſtes majorem in modum fracti, conſternatique, tormenta, quæ intacta manſerant, avexerunt.* Ad verbum eſſet: *cecidit ſuper hoſtes magna auxilii flacciditas.* Clarius p. 88. ولما احس المخذول علي انه ماخوذ *quum ſe jam capiendum perſentiret, ad incitas adactus inimicus*, i. e. viribus jamjam flacceſcens. hoc uſu adhibet *Abil Phar.* pag. 118. H. D. فلما عاين الخليفة العجز

العجز في نفسه والخذلان في اصحابه
*Videns igitur Chalipha, & virium ſuarum defectum, & ſuorum debilitatem.* hinc lumen capit. *Jerem.* LI. 30. *flacceſcunt potentes Heroës Babelis ad conſerendam pugnam, deſident in arcibus, computruit virtus eorum bellica.* (q) Frequens præterea ejuſdem verbi uſus eſt in *exſecrationibus* ſub hac for-

---

(q) Hunc locum Jeremiæ ita verti juxta genium verborum. Difficultas eſt in ultimis verbis נָשְׁתָה גבורתם. illud נשתה poteſt eſſe 3ia Foem. præteriti kal a נשה; unde vertunt *effoeminatum eſt robur eorum virile*: ſed tunc languent ſequentia: hinc alii ponunt radicem נשת *periit, defecit*: ut ſit *peribit robur eorum*: ita *Kimchius*. Cl. *Schultens* in Dictat. ad *Jerem.* aliud tentat. ſuſpicatur quippe vim primigeniam radicis נָשָׁה, quæ in *Lexicis* valet *oblivifci*, ductam eſſe a *laxando, remittendo*: conjecturam ſuggeſſit locus *Geneſ.* XXXII. 33. ubi גיד הנשה *nervus*, non ut Rabbini, *oblitus loci ſui*, ſed *laxus, & luxus.* hinc vertit: *ipſorum robur virile eſt luxatum & laxatum*: ſic Elegantiſſima foret paranomaſia ad ſequentia: *fuerunt* לנשים *in foeminas.* Prius tamen a נשת etiam ſtare poteſt, maxime ſi vis primigenia claro ponatur in lumine. Illud נשת in tribus tantum locis eſt obvium apud *Jerem* & *Eſaiam.* XIX 5. & XLI. 17. in priori loco נשתו מים vulgo

formula خذله الله i.e. ترك عونه ونصرته Adde adhuc ſeptimam hujus radicis ſpeciem ex Golio exulantem, de *mente flaccicida* adhibitam in H. D. pag. 341. وعاد خجلا منخذلا *confuſus & attonitus rediit.*

Non multum ab hiſce uſibus deflectit Græcum μαραίνομαι notione *flacceſcendi* inſignitum, atque ad triſtitiæ, luctus, virium, aliarumque rerum defectum tranſlatum: De triſtitia adhibet *Ælian. de Animal.* L. 1. c. 18. ὁρῶ δὲ καὶ τεθνεώτων υἱῶν ἢ θυγατέρων ἔζησαν μητέρες, καὶ τῷ χρόνῳ τοῦ πόθους εἰλήφασι λήθην, τῆς λύπης μεμαρασμένης. & Cap. LVII. καὶ οἱ μὲν παραχρῆμα ἐπανίσαντο, καὶ ἠγρίαινον, καὶ τὴν συμφυῆ κακίαν ἠπείλουν. ἐπεὶ δὲ τὸ παιδίον αὐτῶν προσέψαυσεν, οἱ δὲ ἐμαράνθησαν. Similiter apud eundem *Var.*

---

vulgo, & *deficient aquæ.* in poſteriori לְשׁוֹנָם בַּצָּמָא נָשַׁתָּה *lingua eorum ſiti defecit, elanguit.* Id languidum: illud נָשַׁתָּה eſt pro נָשַׁתְּה, in pauſa. Omnia clareſcent e copia Arabum, ubi نتن per ث valet *foetuit, computruit caro.* Hinc apud Eſaiam. & *computruerunt, in putredinem converſæ ſunt aquæ.* Et in altero loco. *Lingua eorum in ſitu putrefit.* Illud צָמָא ſignat quidem *ſitim*; ſed ex origine *ſitis* ducta eſt a *ſitu*, qui eſt mucor, qui rebus aridis accreſcit. Vide notas meas in Carmen *Caabi* p. 108.

*Var. Hiſt. Lib.* XII. C. I. ἐς τ' ἂν ἀπομαρανθῇ τὸ πένθους αὐτῷ ἡ ἀκμή. Hæc obiter.

Quod ad ſenſum hujus loci attinet, puto alludi ad morem in Oriente frequentiſſimum; quatenus ſolebant, imo hodiedum ſolent Arabes ſingulis annis, multis catervis ad varios terræ tractus, mercaturæ aliorumque negotiorum ergo itinera inſtituere: quemadmodum & tempore Schamgaris, Jaëlisque populus Iſraëliticus conſueverat. Verum plurimi a Deo tunc diſcedentes, latrociniis, rapïnis, fraudibus, inſidiis, imo publicarum viarum infeſtationibus ſe tradiderant; ſic ut Iſraëlitæ, ni vitæ, bonorumque ſuorum jacturam certiſſimam pati vellent, vias latronibus incognitas calcare non tantum, ſed per ambages tortuoſiſſimas, multumque devias itinera ſua promovere cogerentur.

Hæc enim eſt emphaſis vocabuli עקלקלות, cujus reduplicatio ſignificationem auget, ſenſumque mirificè intendit, juxta characterem Speciei *Pehalbal*, unde deſcendit, neque jam ſimpliciter ſignificabit, *vias tortas*, ſed *tortuoſitates ſummas. Hebræi* ipſique *Arabes* hac forma magnopere delectantur. Ut pateat

חדלו פרזון בישראל חדלו עד *Verſ.* 7.
שקמתי דבורה שקמתי אם בישראל׃
*Verſ.* 8.

---

ſuaviſſima Linguarum Harmonia, lubet quædam exempla proferre: ita הפכפך *valde diſtortus*, ab הפך. שפרפרת Chald. *Aurora luciditiſſima* a שפר. سفر *luxit*. שחרחרת *intenſe nigra* a שחר. חברברות. *lineæ denſisſimè innexæ*, i. e. lividiſſimæ maculæ a חבר. חפרפרה *talpa*, q. d. *perpetuum foſſorem*. a חפר. His adde quæ dabunt Inſtitutiones. L. H. p. 305. Ex Arabicis paucula hæc habeas. زحلاح *levis corpore* a زحّ. سنحنح *pervigil* a سنح. دمكمك *valde tortus*, *validus* a دمك. عشمشم *camelus fortis & longus* a عشم. سلقلقة *mulier clamoſa* a سلق. &c. Similiter صمحمح *vir durus*, *validus* a صمح. عصبصب *vehemens*, *gravis dies* a عصب. عرمرم *numeroſus exercitus*. proprie dicas *multo vehementiſſimum* a عرم *vehemens fuit*. extat in *Excerp.* ex *Iſpah.* pag. 12. Sæpius occurrit in *Diw. Hudail.* MS.

*Verſ.* 7. Continuatur in hoc verſiculo ſeries

*Verſ.* 7. Flaccuerunt pagi in *Iſraële*; flaccuerunt usque quo ſurrexi ego *Debora*, ſurrexi mater in *Iſraële*.

*Verſ.* 8.

---

ſeries præcedentium, in quibus miſerrimus veterum Iſraëlitarum ſtatus graphice fuerat depictus. Subnectitur jam ejuſdem argumenti alterum augmentum, quod Sacer Textus ſic exhibet. חדלו פרזון בישראל חדלו עד שקמתי דבורה שקמתי אם בישראל *Arabs* ſupra laudatus magis hic commentatur, verba τὰ πόδα vertit لان طرق صحاري بني اسرايل انقطعن ولم تسلك ومنعن اغنامهم من الدخول والخروج حتي قمت انا دبورا وصرت اما لبني اسرايل *Quoniam viæ ſolitudinum filiorum Iſraël occluſæ erant, evaſerantque imperviæ; denegabatur armentis eorum ingrediendi & egrediendi facultas, donec ſurrexi ego Debora, & facta ſum mater filiorum Iſraël.* Mirum eſſe poteſt, quomodo unius ſæpe vocabuli ignoratio totam ſeriem implicare, imo plus quam nodo Gordio intricare potuerit: quem LXX *Interpretes* ſolvere forte ſtudentes ita innodarunt, ut nulla arte ſecari, nedum

ſolvi

ſolvi facile queat. Vertunt quippe ἐξέλιπον δυνατοὶ ἐν Ἰσραηλ, ἐξέλιπον ἕως οὗ ἀνέστη Δεββώρα, ἕως οὗ ἀνέστη μητήρ ἐν Ἰσραήλ Hactenus mihi indagare non licuit, unde hæc differentia orta, & quænam ratio ſit palmaria, quare vocabulum פרזון ab iis per δυνατοὶ ſit converſum: niſi quod per conjecturam ſuſpicer, forte ab iis עזים fuiſſe lectum. Probabilior eſt illorum ſententia, quibus פרזון placet exponere *pagos*, ſive *villas*. Addunt *Rabbini*, ex quibus hauſerunt omnes, proprie eſſe ערי פרזי שאין להם חומה *urbes apertas ſine muro.* Hoc ſatis exprimit ideam *pagi*, neutiquam tamen originem aperit, atque de primaria virtute radicis deperditæ פרז nec volam nec veſtigium relinquit. Alii quibus

*E meliore luto finxit præcordia Titan*

Originem indagare volentes, Arabiæ penetralia inveſtigarunt; an ibi forte genuina propago in angulo latens, in Divas luminis auras ſe extrahi pateretur. Inventa ibi Radix literis vicina فَرَزَ notione *ſegregandi*, *diſcernendi ab aliis* inſignita paſſim in Libris Arabum: ut apud *Abul-Phar*. H. D. pag. 34. العبرانيون لمغارزتهم بباقي الامم حرموا تعلم الحكمة *Hebræi eo quod a reliquis gentibus ſeparati fuerint,*

*fuerint*, *pro illicito habuerunt Philoſophiam excolere*, & p. 446. وفرزوا الصناع والمحترفين الى الناحية *Opifices & artifices ab aliis ſeorſim ſtatuerunt.* & in verſione Arabica *Geneſ.* 1. 18. وللاضاءة في النهار وفي الليل ولتفرز بين النور والظلام لما علم الله ان ذلك جيد *Et ad illuminandum in die & in nocte*, & *ut dividerent inter lucem & tenebras. Cum cognoviſſet Deus illud eſſe bonum.* Hinc itaque arreptum, פרזון proprie ſignificare *domus ſeparatas*, *diſcretas:* oppoſite *ad urbes*, quæ *domibus conjunctis*, & ſibi invicem *adglutinatis* conſtant. Laudandus eſt conatus, qui majus lumen adſpergere potuiſſet, ſi animadverſum fuiſſet, aliam eſſe ideam *ſegregandi* a *grege* ductam, aliam *diſcernendi.* Alterutrum in ſinu ſuo continere Arabicum فرز peritus nemo dixerit. Ad Originem inveniendam prælucet derivatum فرزة, i. q. فرصة *occaſio* a Radice cognata فرص, quæ cum noſtra certiſſime conferri debet. Literas autem ז & צ inter ſe alternari, notius eſt, quam ut dicam. Ea Radix cum ſororia ſibi فرض proprie valet *findere cum laceratione*, Metaphora deſumta ab *aquis*, *fluviisque*

*que obicem perfringentibus*. Hinc ſuos etiam natales ducit Hebaicum פרץ eadem Metaphora adhibitum II. *Sam*. V. 20. Hæc vis ſeſe palam exſerit in derivato فراض, *os fluminis*, *quo ſe in rivum* vel *alio effundit:* ut in illo Poëtæ laudati a Cl. *Schultens* in *Com:* ad *Job*. p. 10.

تجري خزاينه عاي من نابه
جري الفرات علي فراض الجدول ۞

*Profluunt theſauri ejus ſuper ſalutantes ipſum,*
*Fluxu Euphratis in aperturam rivuli.*

Similis uſus eſt Latinorum *rumpere*, de *fluminibus* Poëtis tritus: ita canit *Lucanus Pharſ*. L. x. 244.

*Vel quod aquas toties rumpentis litora Nili,*
*Adſiduo feriunt, coguntque reſiſtere flatu.*

De *fonte* idem dixit *Seneca* in *Herc. Oëtao*. 590.

*Nec præcipitem volveret amnem*
*Flavus rupto fonte Lycormas.*

*Maro Georgic*. L. III. 428.

*Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus.*

Non abhorret Græcum ῥηγνύωσι, & καταῤῥηγνύωσι apud *Herod*. L. III. c. 3. μέγας, καὶ σφοδρὸς χειμάῤῥους καταῤῥαχθεὶς *ſubitus impetu magno erumpit torrens* & *Lib*. VIII. c. 4.

c. 4. memorantur σφοδρᾶ, καὶ καταῤῥηγνύμενα ῥευματα. Hinc apud *Etymologum Magnum* legere eſt ῥηγνύμενον κῦμα.

Hinc jam in ordinem redigamus aliquot derivata ab his radicibus prognata: quale eſt فرضة *hiatus*, ceu *inciſura rivi*; *locus maris*, *ubi naves ad anchoram conſiſtunt*. Hoc plane eſt noſtrum מפרצים infra *vſ.* 17. ſemel lectum: ibi talia loca ſeriem ſuggerere, tactum in *Clavi Dial.* p 281. Extat apud *Abil-Phar.* pag. 91. فادركه الاسكندر عند مدينة اياس التي في فرضة البحر قبالقبا *ad Ayaſum autem urbem Ciliciæ maritimam adſecutus eſt eum Alexander*. Adde Ex *Nuweirio*. فقال له سيف لا تزهدن ايها الملك في بلادي فانها فرضة العرب *Tum Seiphus*, *ne aſperneres*, *o Rex*, *regiones meas*, *namque eæ* פרצה *Emporium ſunt Arabum*. Ab hac *ſectione* فرض de *ſtatutis*, *legibusque* ſæpiuscule adhibet Divini Furoris flagellum *Muhammed* in *Alcor. Sur.* II. 237. XXVIII. 85. XXXIII. 38. Eadem ſignificatio ſe exſerit in *Specie* VIII. ex *Golio* exulante, ſed conſpicua in H. D. p. 281. المفترض عليهم ثلث صلوت *Illis*, *ut ter orent*, *in-*

*junctum*

*junctum eſſe*. cum derivatis فرض & فريضة ſpeciatim *ſtatutum divinum* ſignificantibus oppoſite ad سنة: de qua differentia adi Cl. *Reland*. de Relig. Muham. pag. 69. 106. Et tandem مفروض *inciſus* pro *definito* adhibetur. hinc omni fere pagina exſtat in *Euclide* Arabico *Romæ* impreſſo نقطة مفروضة & اعداد مفروضة pag. 182. 183. 184 214. Notandum eſt tandem aliud adhuc derivatum فريصة *Scapula*, proprie *ſegmentum* vel *fiſſuram* dicas; a Radice فرص per ص. Exſtat ap. *Harir*. Conſ. 1. p. 36.

علي انني لم اهب صرفه
ولا نبضت لي منه فريصه

*Nec vero extimeſco impetum ejus, neque commota mibi ſcapula tremiſcit*. De *Equis* ſpeciatim adhibetur, in *quibus hæc pars trepidare conſpicitur*; phraſi ſolemni ارتعد فرايصه quam adhibet *Abulfeda* in Excerptis p 41. فارتعد فرايص ملك الفرنج *contremuere ad ictum ſcapulæ Regis Francorum*. De *Abubecro* narrat Hiſtoriæ *Timuri* auctor صارت تضرب به الامثال وترعد منه الفرايص *eum proverbium factum fuiſſe & præ eo ſcapulas mortalium tremuiſſe*.

Adſun-

Adfundamus jam lumen debitum Hebraico פרץ, & omiſſis iis locis, quæ *multitudinem opum & divitiarum* in bonum, nec non in malum *eruptionem violentam* præ ſe ferunt, nos conferamus ad tria maxime loca hactenus multum torta, eaque ad Lapidem noſtrum Lydium exploremus. Præter notionem itaque generalem *rumpendi* adducitur ab omnibus ferme Lexicographis & alia notio *urgendi*, *inſiſtendi* in locis 1 *Sam.* XXVIII. 23. 2 *Sam.* XIII. 25. ubi hæc notio ut indubitata tenetur. *Stockius* concordiam invenire ſtudens ait in *Lexico* hinc forte ſubnatum, *quia qui alteri inſtat, & urget, alterius moras agendi rumpit*, vel *minimum rumpere laborat*. Hoc aliquam habet ſpeciem. Placuit tamen aliis פרץ per litterarum tranſpoſitionem conferre cum פצר, quaſi hinc ſignificatio eſſet repetenda. Sed quam fallax ſæpe & precarium hoc genus ſit, illi norunt, qui ſanioris, & ſolidioris Criſeos regulis adſtricti, nihil niſi diſerta auctoritate confirmatum admittere ſolent. Noſtra origo omnem ſcrupulum penitus auferet, qua illud *findere*, & *findendo rumpere* ad *rogationem*, & *petitionem indefeſſam* transferri amat. Hoc unice quadrat 1 *Sam.* XXVIII. 23. *Et renuit*, *dixitque non comedam*;

*medam:* ויפרצו בו *& fiderunt eum rogando ſervi ejus, & etiam mulier; & renuit voci eorum.* Similiter 2 *Sam.* XIII. 25. *Et dixit Abſchalomo, ne fili mî, ne quæſo veniamus omnes, & ne gravemus te,* ויפרץ בו *& licet eum finderet rogando, noluit tamen ire, & benedixit iis.* Reſtat denique explanandus textus ſane difficillimus *Pſ.* CXLIV. 14. ubi poſt multorum infeliciſſimos conatus, limatius, & rotundius quid excogitavit vir πολυγλώττατος *Samuel Bochartus Hieroz.* P. I. p. 295 locum ſic convertens. אלופינו מסבלים אין פרץ ואין יוצאת *boves noſtræ ſint gravidæ, non ſit* in iis *orbitas* (aut *abortus*) *nec quæ ejiciat* ſemen, aut fœtum. Hanc expoſitionem ſeries inſpecta cuivis ſubgeret. Quod enim *Belgæ*, & poſt eos *Coccejus* vertant, *ne ſit ruptura*, ab extraneis, *& ne ſit egreſſio*, ἀποστάσια intus; id languidum reddit ſenſum. Favet expoſitioni *Bocharti* locus a Viro Magno allatus *Geneſ.* XXXVIII. 29. ubi *Phares* ab *eruptione*, qua ex *Thamar* utero ante *Zaram* erupit, nomen accepiſſe memoratur. Nihil ex idea Orientali aptius: nam *uterus* iis dicitur *findi*, quum prolem emittit. Hoc adprime ad *abortum*, qui maxima fiſſione & eruptione violentiſſima fieri ſolet, transferri aptum

tum natum eſt. Conferantur hanc in rem verba *findendi* his uſibus aptata فرث, شقّ, فلق, فطر, & nihil dubii ſupereſſe ſentietur. Exciderat ferme noſtrum vocabulum פְּרָזוֹן, quod proprie exprimit *fiſſiones* ſive *ſectiones*, id eſt *domus ſeparatas*, & *diſperſas*, quas recte *pagos* vocare licet. Simili plane modo Græcis τέμενος proprie eſt τόπος ἀποτετμημένος, καὶ ἀποκεχωρισμένος.

*Ibidem.* In poſteriori hujus verſiculi parte nihil eſt, quod ſingulari obſervatione indiget, & in verbis nulla eſt ambiguitas, quæ cum ſuperioribus ſic convertere licebit. *Flaccuerunt* (i. e. penitus eſſe deſierunt) *pagi in Iſraële, flaccuerunt, usque quo ſurrexi Debora, ſurrexi mater in Iſraële.* Monere tantum debeo, Grammaticæ ſuæ ſubtilioris arctiſſimis nimium cancellis circumſcriptos eſſe *Rabbinos*, quos *Druſius*, aliique qui in piſtrino Rabbinico hærere ſolent, ſecuti ſunt, dum contendunt verbum שַׁקַּמְתִּי poſitum eſſe pro שֶׁקַּמְתִּי, quaſi vero ש ex *Dialecto* per *Patach* nunquam præfigi potuiſſet. Frivolum ſane & argutum. Grammaticas iſtas tricas ſtomachus Rabbinicus concoquere poteſt.

*Verſ.* 8. יבחר אלהים חדשים אז לחם שערים מגן אם יראה ורמח בארבעים אלף בישראל׃

*Verſ.* 9.

---

*Verſ.* 8. In hoc verſu explicando omnium fere Interpretum ſententiæ ſcinduntur, & a vetuſtis jam olim temporibus ſciſſæ ſunt: quod illuſtri exemplo palam fit ex τοῖς LXX Interpretibus, qui ut ſolent alias, ſic & heic loci a textu Hebraico deflexerunt vertentes, ἐξελέξαντο Θεοὺς καινοὺς, τότε ἐπολέμησαν πόλεις ἀρχόντων. Θυρεὸς ἐὰν ἀφθῇ καὶ λόγχη ἐν τεσσεράκοντα χιλιάσιν ἐν Ἰσλαήλ. Qui Codicem Sacrum inſpexerit, diſſenſum facile animadvertet. Major adhuc diſſenſus apud Arabem واختار الله امرا جديدا ثم يقوم خبز الشعير ولا يسقط سيف ولا رمح بين اربعين الف بني اسرايل *Et elegit Deus rem novam: Tunc exſurget panis hordeaceus, nullusque cadet gladius, ac ſpiculum inter* 40000 *filiorum Iſraël.* Eximia mutatione ab eo lectum לֶחֶם שְׂעֹרִים *panis hordeorum.*

I. *Prior* verſiculi pars duplici modo exponi ſolet. *Prima* vertendi ratio eſt, quæ verba יבחר אלהים חדשים cum

*Arabe*

*Verſ.* 8. Eligebat Deos novos, tunc oppugnare portas: Clypeus num conſpiciebatur, & telum in quadraginta millibus in *Iſraële*?

*Verſ.* 9.

---

*Arabs* ſic ſtruit. *Elegit Deus nova, inuſitata bella*, vel ſimpliciter *novum*, id eſt, ut *Strigelius* explicat: *inuſitatam vincendi rationem*. Hoc ab *Hieronymo*, *Toſtato*, aliisque comprobatum. Noſtram ὑπίκρισιν mox adjiciemus. Pergo ad *alteram* explicationem, quæ plurimorum calculum abſtulit, quæque verba ad populum Iſraëliticum referens hanc elicit verſionem. *Elegit*, Supple *Iſraël* (r) *Deos novos*. Ita jam olim omnes ferme *Rabbini* dederunt, ita ex *Pontificiis Cajetanus*. ex noſtris Doctiſſimi *Belgæ*, & poſt eos *Coccejus*, *Clericus*, *Schmidius*, aliique complures.

II. Major eſt difficultas in *poſteriori* parte, ubi excuſſa omni Linguæ H. Analogia ad Anomalias inextricabiles, variasque hallucinationes recurſum. Textus ſacer ſic habet. אז לחם שערים מגן אם יראה

---

(r) Ita etiam concipit *H. B. Starkius* in notis Crit. Philol. ad loca Vet. Teſt. p 151.

יראה ורמח בארבעים אלף בישראל

Nodus reſidet in voce לָחֶם, quam *Rabbi David* per Anomaliam poſitam eſſe ait pro לָחַם tertia præteriti *Kal.* ad formam יָלֵד, שָׁאֵל, unde vertit: *tunc bellum geſſit in portis.* ſubſcribit Cl. *Coccejus*, in *Lexico.* Mirandum ſane Virum in Hebraicis politiſſimum alias, tam anxie hic ad calculum ſediſſe, quum utique notum eſſe debuiſſet, *Tzeri* tali loco poſitum non poſſe mutari in *Segol*, niſi accentu deducto, vel penitus abſente. Aliis porro placuit, nobis obtrudere formam participii præſentis in *Kal* per (ֶ) loco (ֵ) ita *Druſio*, *Buxtorfio* &c. viſum. Aliis denique לחם idem notare creditur quod מִלְחָמָה *bellum*: ita ſumtum a *Belgis* Noſtratibus, *Clerico* &c. quod ſi comprobari poſſet, reliquis certe palmam auferre cenſendum eſſet. Hinc clarius quam Sol in Meridie lucet, conſpicuum eſt, omnes illos, qui ſe turbulento huic mari immittunt, nunquam ſoſpites & incolumes in portum navigare; ſed ad ignorantiæ rupem contuſos certiſſime naufragium pati. Idem hocce mare,

ſed

ſed placidiori, ut ſperamus, aura, etiam nos ſecabimus, immiſſaque cymbula notamus, firmo neutiquam talo niti priorem expoſitionem, quæ dederat *elegit Deus nova bella*. Vocabulum enim חדשים ita abſolutè poſitum, nunquam hoc ſignificatu obvenit, ne jam dicam ipſa illa *bella* ex ſequentibus ſuppleri. Subſcribo itaque lubens alteri verſioni, quæ continuato orationis filo, ad Populum Iſraëliticum refert; atque אלהים חדשים per *novos Deos* interpretatur, id eſt *Deos alios*: ita enim חדש paſſim teritur ut in loco *Deutr.* XXXII. 17. de *idolis* dicit *Moſes*. *Sacrificarunt Dæmonibus non Deo*, i. e. qui nihil minus erant quam Deus, *Diis*, *quos non cognoverant* חדשים *novis*, *qui è propinquo venerunt*; *quos non horruerunt majores ipſorum*. Ita Arabibus حديث *novum* paſſim opponitur τῷ قديم *veteri*, *obſoleto*. Hinc apud Golium in IV. ſpecie exponitur, *produxit*, *fecitque exiſtere quod nondum erat*. Clare extat apud *Arabſiadem* pag. 88 ثم ان السلطان ظاهر لما احدث هذا الحديث وتنجس بهذه الخبايث *Poſt hoc Sultan Taherus*, *cum rem no-*

*vam hanc produxiſſet*, & *impuritate ſe polluiſſet*. Perperam editum erat الحبايث. Notum eſt hoc ſignificatu Græcum καῖνος in N. T. centies; & Latinorum *novum* apud Poëtas de *Diis* noviter adſcitis tritum. *Ovid. Faſtor*. I. 510.

*Tuque NOVOS cœlo terra datura DEOS.*

Hoc ſi ulterius comprobare vellem, nihil novi proferrem. Antequam itaque ſenſum conſtituam, excutienda reſtat vox torta multum לחם. Atro carbone notandus eſſem, ſi ſilentio, ſiccoque pede præterirem ingenioſiſſimam Cl *Guſſetii* conjecturam, quæ, ſi fuerit comprobata, unice vera cenſenda erit. Opinatur Vir Doctus לחם eſſe *formam infinitivam Pihhel* ad normam verborum, דִבֵּר, כִפֵּר, & כִבֵּס, unde hunc ſenſum elicit: *tunc bellum inferre portis*; i. e. bello infeſtabat portas noſtras hoſtis. Idem tamen a *Rabbi Jeſchaja*, quem etiam *Schmidius* ſequitur, jam productum video. Hoc certe magis Analogiæ litat: Hebræi enim Veteres non tantum dixerunt *Pihhel* terminali puncto (‥) ſed & (-) & (∵) *Pihhal*, & *Pihhel*, imo quod addo ex

*Dialecto*

*Dialecto Aramæa Pabbel*, unde Dageſch forti ejecto, adhibita compenſatione Ἀναλόγως prodit forma noſtra לְחֶם Verbulo Radicis לחם originem elucidabo, quam ex Arabiæ natalibus repetitam ponimus in *inſerendo*, *conſerendo*: unde fluxit notio *edendi*, *veſcendi*, plane ut Græcis ἐντίθεσθαι *inſerere* dat derivatum ἔνθεσιν *impoſitionem*, *inſertionem*, quo ſignatur peculiariter *fruſtum quod ori inditur*, *buccea* ceu *bucella* Idem illud *inſerere* ad pugnam bellique aciem tranſlatum. Notum eſt Latinorum *conſerere manum*. Simili modo لحم adhibent Arabes ſpeciatim in IV. & VIII. ſpecie apud *Golium*, *continuo conflictu invaluit bellum*. Phraſis eſt frequens التحم القتال *conſerta eſt pugna*. apud *Bohadinum* ſæpiuſcule. p. 68. التحم القتال واشتد الامر *conſeritur pugna multo atrociſſima*. pag. 150. والتحم القتال فصرع منهم الخلق العظيم *conſertaque ſubinde pugna magna eorum vis ſternebatur*. vide p. 168 195. 215. pro qua in Hiſtoria *Tamerlanis* me legiſſe memini التحم الحرب واقتحم فيه *pugnam conſeruit*, *ſeque in eam præcipitem*

 *tem*

*tem dedit.* Affine eſt illud pag. 117. انا الحمنه وفي مضايق البلا انا اقحمنه *Ego cum eo manum conſeram, & in anguſtia ærumnæ præcipitem dabo.* Præceſſerat ibi alia adhuc hujus Radicis gloſſa, qua frequentatur in *tela texta*, proprie *inſerta, innexa.* unde phraſis iſta لان سداء هذا الملاحم converti poteſt, *quoniam hoc telæ ſubtegmen inſertum eſt.* Diſcuſſis tenebris lucidiſſimam lucem præſtabunt verba, quæ ſic convertimus. *Elegit Deos novos, tunc oppugnatio portarum, clypeus an conſpiciebatur, & haſta in quadraginta millibus in Iſraële?* Exempla *Futurorum* pro *præteritis* dabit *Glaſſius Phil. Sacr.* L. III. Tract. III. Can. 49. nam ut ait *Witſius* Theologus ſuaviſſimus, in Oecon. Fœd. pag. 109. *aliquid in Scriptura fieri dicitur, quum ſolemniter factum eſſe declaratur.* Innuitur ergo fœdiſſima Iſraëlitarum Idololatria, in quam non tantum præſentes illi a vero tremendi Numinis cultu deflectentes ſe immerſerant, verum etiam eorum Patrum temporibus clariſſima; quos, ut fieri adſuetum, imitati ſunt filii, abominando huic fictitiorum Idolorum cultui, & nefariæ ſuper-

ſuperſtitioni ſe penitus dedicantes, & ſpontanea devotione offerentes, indies, indiesque novos intenſiſſimo conatuum niſu Deos adjicientes, quos ne ipſi quidem Patres cognoverant, aut commendaverant. Hos conſtituebant ut totidem Lares, & Penates, a quibus omnem ſalutem, incolumitatem, opemque fruſtrandam neutiquam exſpectabant. Horum ſub alis tanquam refrigerii umbrâ ſuaviſſimâ ſe protectos, fotos, & cuſtoditos cenſebant. Horum a laciniis, quas tanquam beneficentiæ, clientelæ, favorisque ſplendidiſſimas veſtes conſiderabant, ſecuriſſimè pendebant. Hos denique dorſum, collum, cervicem, totumque refugium, & aſylum conſtituebant. Deus tamen nihilominus, cujus vigilantiſſimus omniſcientiæ oculus nullis cryptis includi poteſt, diriſſima iis mala immittebat, quibus immenſâ hoſtilium copiarum manu abſorbebantur, deglutiebantur, & inopinato ingurgitabantur. Tunc jacebat animus, attenuata erat omnis fiducia, Deorumque potentia ut bullulæ ſufflatæ evaneſcebant: obtuſi gladii, obtuſa mens, obtuſa omnis armorum acies; ſic ut nullus animi vigor,

aut

לבי לחוקקי ישראל המתנדבים *Verſ.* 9.
בעם ברכו יהוה:

*Verſ.* 10.

---

aut impetus fervidior in Iſraële inveniretur : omnia perculſa , ſtupefacta , attonita jacebant. Viſum tamen fuit quibuſdam , Iſraëlitas nulla penitus habuiſſe arma. Certe non ſine ratione quis ſuſpicari poſſet populum hunc ab inſiliente & viribus prævalente hoſte devictum armis fuiſſe ſpoliatum. Maxime ſi attendatur mos , in urbium expugnationibus , Orientalibus perſolitus a devictis arma auferendi , ne ſibi in animum inducere poſſent novis viribus ſe opponendi. Neque hic mos Orienti tantum privus fuit, ſed Latio etiam non incognitus. Legitur apud *Julium Cæſarem* de *Bello Gallico* Lib. II. cap. XXXI. legatos ad Cæſarem miſſos hunc in modum fuiſſe locutos. *Non ſe exiſtimare Romanos ſine ope Deorum bellum gerere, qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere, & ex propinquitate pugnare poſſent. Se ſuaque omnia eorum poteſtati permittere dixerunt. unum petere ac deprecari; ſi forte pro ſua clementia ac manſuetudine, quam ipſi ab*

*aliis*

*Verſ.* 9. Cor meum promptum paratumque eſt conſiliatoribus Iſraëlis, qui ſe pro populo fluxu ſpontaneo ſiſtebant: benedicite Jehovæ.

*Verſ.* 10.

---

*aliis audiſſent, ſtatuiſſet Atuaticos eſſe conſervandos, ne ſe armis despoliaret. Sibi omnes fere finitimos eſſe inimicos, ac ſuæ virtuti invidere; a quibus ſe defendere traditis armis, non poſſent.*

*Verſu* 9. Aliquid proverbiale captatum exiſtimo in formula לבי לחוקקי *cor meum legislatoribus*, quâ indicatur *promtitudo*, *bona intentio*, & *obſequium*. Clarius hoc docebunt Arabes, quibus radix لب proprie ſignificat *inhæſit firmius*: unde derivatum لب *cor* a *firma* & *fixa ſede* nomen invenit. Hinc formulâ ſolemni dicunt لبيك, quam ſic explicat *Golius*: *paratus conſiſto ad gerendum tibi moram, ecce adſum, & obedio.* Proprie eſt ſubſtantivum duale cum affixo ك. Exſtat in Hiſtoria Saracen: p. 142. ubi Erpenii exemplar aliquot vitiis commaculatum ſenſum effecit hiantem. فبلغ ذلك المعتصم
فنادي النفير وتجهز لجهاد الروم
فتجهز

فنجهز بجهاز لم يتجهز خليفة قبله
ويقول ان امرءة مسلمه (امرءة مسلمة)
اسرها الروم وحجف (وجخف) بها
فصاحت وامعتصماه فبلغ المعتصم رحمه
الله فقال لبيك *Cum intellexiſſet Mutaſimus, ingentem hominum multitudinem convocavit, ſeque armavit ad oppugnandos Romanos, & tanto belli adparatu inſtruxit, quanto nullus ante eum Chalipha uſus fuerat. Sunt qui narrant, mulierem quandam Muslimam, quam Romani captivam duxerant, & cum qua gloriabantur, clamaſſe o Mutaſime ipſe* : ( ita vertendum eſſe وامعتصماه, cui ſpatium vacuum reliquit *Erpenius*, olim ſagaciter eruit *Alb. Schultens* in Obſ. Phil. p. 134 ) *Mutaſimum autem cum id audiviſſet dixiſſe : Ego paratus ſum facere quod voles.* ita per conjecturam dedi pro voce nullius حجف; Similiter dixit *Omaija Ben Abi Ajeds* in *Diw. Hud.* اجيب اذا لبيك Adde locum e ludicris MS. قيل ان بعض النحوية
وقف علي جزار وقال له ايها الجزار
قال لبيك يا سيدي *referunt quemdam Grammaticum adſtitiſſe lanio, eique dixiſſe lanium. O Domine mi ſum paratus promtusque.*

*tusque.* ſolemnis eſt & altera formula لبيك وسعديك. Ex hac origine etiam explicandæ videntur aliæ gloſſæ ſub cognata Radice لبب, quæ in ſecunda ſpecie exponitur *obſequens dedidit ſe peragendis* Meccani feſti *ſacris.* Huic enim peregrinationi ſedulo adhærere præſcriptis ſibi legibus, debebant Muhammedani. vid. notas *J. Gagnier* ad *Abulfedam.* p. 129. *Reland.* de *Relig. Muh.* p. 113. *Millii* Diſſert. p. 18. hinc de qualicunque *obedientia* adhibetur. *Arabſiad.* in Hiſt. *Tim.* p. 28. (فنهض من ساعته) فنهض من ساعته ملبيا *protinus ſurrexit obediens.* Conferenda videtur & altera radix لبا ultima ا *mulſit ovem coloſtri eliciendi ergo.* 2°. *Coloſtrum, lac novum propinavit* &c. cum derivatis لبوة & لبوة *Leæna*, unde Cl. *Bochartus* Hieroz. P. 1. L. III. Cap. 1. explicuit Hebraicum לביא itidem *Leænam* ſignans, *cujus lac craſſius eſt inſtar coloſtri.* Si origo hinc repetenda, ſubſtituerem, *cujus lac firmius inhæret inſtar coloſtri,* i. e. lactis primi poſt partum. Interim hactenus omnem amplitudinem nondum perſpicio adeoque ampliari volo.

*Verſ.* 10.

רכבי אתנות צחרות ישבי על *Verſ.* 10.
מדין והלכי על דרך שיחו׃
*Verſ.* 11.

---

*Verſ.* 10. Venerandum antiquitatis ſpecimen nobis exhibet Verſus decimus, qui vulgo ita convertitur. *Equitantes aſinas nitidas, reſidentes in judicio, & qui proficiſcimini per viam, confabulamini.* Ita recte expreſſa vocabula אתנות צחרות. Radix enim צחר ex Bibliis exulans non niſi duobus relictis derivatis, ex Dialectis eſt reſtituenda. Apud Arabes exſtat Radix صحر, quæ primo adſpectu nos multum videtur abducere, perſpectâ tamen origine ad viam planiſſimam adducet; ſita enim eſt origo in *candore intenſiore*, quo res velut videtur ἐρυθρίζειν. Hinc in القاموس, ſive *Oceano Linguæ Arabicæ*, صحور dicitur ابل واتان فيها بياض وحمرة *camelus, vel aſina, in qua album eſt, & rubrum.* Ita in *Gjeubario.* وحمار اصحر فيه حمرة واتان صحرا *Aſinus, in quo rubedo eſt, audit* אצחר, *aſt aſina* צחרא *in fœminino.* Idem patebit ex illo *Hozeiphæ Ben Aus* in *Diw. Hud.* ياكل الغرف اصحرا *comedit corticem ſubrubicundum.* nam

notante

*Verſ.* 10. *Vos* qui aſinabus candidis inſidetis, *vos* qui præſidetis tributo, & (*vos*) qui via inceditis, ſubſidite præ admiratione!

*Verſu* 11.

---

notante *Schol. Suckari* الصحرة eſt البياض في حمرة Hinc Arabs. dedit الاتان الاشهر *Aſinas ex albo fuſcas.* Otium de hac radice mihi fecit تاج الادباء *eruditorum corona Alb. Schultens* in notis ad *Iſpahanenſem* pag. 4. quorſum Lectorem Philarabem remitto. Lubet pauculis elucidare antiquitatem in Oriente frequentatam, ubi Cameli, Aſinæ, aliaque pecora ad varia negotia adplicantur. De horum utilitate utiliſſimum & ſumma eruditione plenum caput conſcripſit *Samuel Bochartus Hieroz. Parte* I. *Lib.* II. *Cap.* XIII. p. 184. Aſinis enim olim in Oriente vehebantur Magnates, Nobileſque Principes. Exemplum exſtat ibidem de *Chalid Saphuani* filio, & *Alphadlo* filio *Iſai Rukaſchienſis* كانا يختارانا ركوب الحمير علي ركوب البراذين *qui malebant equitare ſuper aſinos, quam ſuper equos.* Neque cuiquam mirum eſſe debet, quare hic *nitidiſſimæ* & *candidiſſimæ* nuncupentur

tur *aſinæ*. Omnem ſcrupulum eximit antiquitas. *Aſinæ* enim plerumque erant *rubræ*. Verum præterea nullus color *Arabibus*, *Turcis*, aliisque *Orientalibus* populis magis exoſus & infauſtior habebatur, qnam color niger: nullus e contra gratior, & æſtumatior albo candidove. Neque aliter ſe res habuit apud *Græcos*, *Romanosque*, qui paſſim animalia candida præ reliquis efferunt. Refert *Briſſonius* de *Regno Perſarum* p. 175. edit. *Lederl.* ex *Herodoto* L. VIII. p. 397. edit. *Gron. Xerxem fuiſſe vectum* ἐφ' ἅρματος ἵππων Νισαίων *curru, quem Niſæi equi trahebant.* Hos licet *flavos*, plurimum tamen fuiſſe *albos* ibidem liquet ex *Philoſtrati* Libro I. de *vita Apoll. Thyan* C. 30. λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον, τῶν σφόδρα Νισαίων καταθύειν ἔμελλε τῷ ἡλίῳ, *Erat autem candidum equum ſoli mactaturus ex Niſæis optimis.* Ita κύνας ἀργοὺς legas apud *Homer. Odyſ.* β. vſ. 11. & apud *Curtium* de Perſarum pompa agentem L. I. C. III. traditur, currum Jovi ſacratum albentes vexiſſe equos.

*Ibidem.* Diffident Interpretes de formula ישבי על-מדין, quam plurimi vertunt: *reſidentes in judicio. Maſora* in *Bibliis Buxtorfianis* (quod etiam a *Coccejo* notatum video) ad vocem מדין allegat dictum

*ad*

להטות מדין דליכם *ad evertendum a judicio tenues.* Reſpicit locum *Eſaiæ* x. 2. additque porro vocabulum hocce tria notare חד לשון קרתא חד לשון ארחא וחד לשון דין nempe *civitatem*, *viam*, & *judicium.* Hinc alii pro nomine proprio urbis in tribu Juda capientes exponunt *reſidentes juxta Middin.* Hujus urbis mentio fit *Joſ.* xv. 61. Huc inclinat *Schmidius*, per *ſedentes ſuper Middin* intelligens *habitatores locorum juxta Middin in deſerto.* Diſſentiendi anſam præbuit Dageſch literæ ד inditum, quod Cl. *Clericus* pro ſolitâ in talibus audaciâ, ubi ſe extricare nequit, ejiciendum eſſe pronunciat. Melius Analogiæ conſulere voluit *Coccejus*, qui in *Lexico* ſuo per conjecturam poſitum eſſe cenſet pro plurali a ſingulari מִדָּה (ut מִלִּין a מִלָּה) *menſura*; unde hunc ſenſum elicit. *qui ſedetis ſuper menſuris*: quo innueret Debora, per aſportatam a Siſera victoriam Iſraëlitas omni gaudere felicitate; *cujus* ut in *Commentario* exponit, *ſigna ſunt*, *pecus habere*, *equitare in aſinabus candidis*, *& nitidis*, *beneque habitis*, *menſurari agros*, *eſſe commercia*, *iis præſidere moderatores*, *cuſtodes æquitatis*, *& juſtitiæ*, *ut juſta ſit ulna*, *juſtum*

*ſtum pondus, juſta Ephah, & æqualis menſura in omni negotio obſervetur.* Docte ſane excogitatum, & quod mihi anſam porrexit ulterius cogitandi. Concipio itaque in hoc verſu pulcherrimam gradationem perſonarum, quas Debora hic ſerio admonet, ut debita cum reverentia mirabilem hujus belli exitum potentiſſimâ Dei manu effectum ſibi ob oculos ponant. Alloquitur idcirco *Primo* רכבי אתנות צחרות *qui inſident aſinabus candore nitentibus*, i. e. Magnates, Nobiles, qui vel auctoritate, dignitate, aut eminentia præ reliquis excellebant. *Secundo* dirigit ſermonem ad eos, qui licet in honore poſiti, minore tamen dignitate pollebant, nempe ישבי על-מדין *qui præſidebant tributis*, quibus pecuniæ a populo exigendæ cura demandata erat. (s) Vocabulum enim מדה pro *tributo* frequens apud Danielem, & Esram. A plurimis hæc notio adplicita *Nehem.* v. 4. Notum hoc ſenſu eſt verbum ישב *ſedere* de rerum publicarum moderatoribus. Verum ſi quis forte a radice דין deſcendere contendat, aliud

(s) Talis *præfectus* alias audit אשר על המס 1 *Reg.* XII. 18.

aliud quid ſubeſſe exiſtimarem. His tandem *Tertio* adjungit הלכי על דרך *qui incedunt via*, i. e. peregrinatores varia loca mercaturæ ergo obeuntes. Huc adplica, quæ ad *Verſum Sextum* delibavimus.

*Ibidem.* Hos jam omnes adhortatur Victrix noſtra Debora, graviſſimo hanc in rem uſa verbo: ait enim שִׂיחוּ, quod vulgo vertitur: *confabulamini*, *meditamini*. Bonum pro ſenſu; ſed quæritur, quid Radix שוח & שיח olim proprie ſignificaverit, & ex quo canali hæc notio defluxerit. Hoc Lexicographorum nemo hactenus exſculpere potuit. Operam me perditurum non ſpero, ſi hanc rem altius indagem.

Omnes ferme conſentiunt in eo, Radices שוח, שחה, שחח, שחת, itemque ישח in origine convenire. Hinc *Avenarius* nobis *avenam* obtruſit, dum pro ſuo, quo pollebat acumine, ex שחה exſculpſerit Græcum σκάζω *flecto*. Doctum ſane & ingenioſum! Generalem ſignificationem poſitam eſſe aiunt in *humiliando*, *incurvando*, *deprimendo*, & aliis, quæ copia Linguæ Latinæ cuivis ſuggerit. Confuſum, ut quivis ſentit Chaos, & Labyrintus ambagioſiſſima, ex quâ nemo niſi

 filo

filo Ariadnæo ſemel invento evadere poteſt. Verum hoc ubi reperiundum, an in Bibliis, an vero aliunde petendum? Reperio apud Arabes Radicem ثاخ, & ساخ *deſcendit*, & *immerſus fuit pes in lutum*, ſpeciatim in V. ſpecie تسوخ *ſubſidit in lutum*, cum derivato سواخي *terra mollis, in quam immerguntur pedes.* Alio vocabulo dicitur وعث, quod explicat *Schol. Diw. Hud.* الرمل تسوخ فيه الرجل *terra, in quam pes ſubſidit.* (t) Hinc exſtat in eodem

(t) Ex ipſis fontibus depromam, quæ hactenus a Viris Doctis deſiderata. Pro ثاخ hæc habet *Gjeubarius*, *Golio* multo copioſior.

ثاخت قدمه بالوحل تثوخ وتثيخ
اي خاضت وغابت فيه قال يصف
سيفا

ابيض كالرجع رسوب اذا ما ثاخ
في محتفل يختلي

فشرج لحمها فهي يثوخ فيها الاصبع.

שוח *deſcendit pes in lutum. Item in quinta ſpecie media Vaw & Je; immerſus fuit in locum depreſſiorem. Dixit non nemo gladium deſcribens.*

*Gladius ad inſtar ſtagni alte penetrans, quum Subſidit in terram, manum amputat.*

*dicit Abu Dowaib deſcribi equum, qui veſpera potum*

dem *Diwan Hudail.* كالطود ساخ *quemadmodum mons immerſus eſt:* Adde & illud *Poëtæ* citati ab *Ibno Raſik.*

كعصفورة في كف طفل يسوخها
حياض الردي والطفل يلهو ويلعب

*Ut paſſer fœmina in manu pueri, mergit eam* (ſubſidere facit) *in gurgitibus exitii; attamen puer jocatur & ludit.* (u) Illud debeo Cl. *Bocharto Hier.* P. II. p. 152. Hæc itaque indubitata eſt notio, unde quicquid eſt ſub affinibus Radicibus Arabicis & Hebraicis dimanavit. Ad ipſam hanc origi-

---

*potum capit matutinum carnemque in fruſta concidit, quæ ſubſidit ob ſuperbiam:* Similiter ad

ساخت قوايمه في الارض تسوخ : ساخ
وتسيخ دخلت فيها وغابت مثل ثاخت
ومطرنا حتي صارت الارض سواخي
وكذلك اذا كثرت رزاغ المطر.

*Pedes ejus* שוחת *ſubſiderunt in terram. Item in* V^a *media Vaw & Je, prout* ثاخ. (*dicunt*) *compluti ſumus, donec terra evaſerit* שואחי *mollis, atque multiplicata ſint coena pluviæ.*

(u) Recte ſic emendat Rever. mihique faventiſſimus Theod. *Scheltinga* in Comm. ad Habac. pag. 359.

originem alluditur procul dubio in loco vexatiſſimo *Prov.* 11. 18. ubi docet ſapientiſſimus Regum Salomo, ſapientiam ſolidam, altiusque fundatam, tantam habituram efficaciam, ut a muliere adultera, orbitis nequitiæ, & infidelitatis incedente, quæque glaberrima ſua Lingua viris adblanditur, juvenem liberet, & eripiat. Subſumit hinc: *quoniam* שחה *ad mortem domus ejus, & ad expertes vitæ orbitæ ejus.* Ex ſerie alii dant: *inclinata eſt*, aut *inclinat ſe* a radice שחה. Verum tunc obſtat accentus in penultimâ poſitus. Hinc alii tentarunt a Radice שוח ejusdem ſignificationis. Scrupulum tamen injecit vox בית *domus* Maſcul: quæ hic fœminina eſſe deberet; quare *Aben Eſra* ad hunc evitandum, ſenſum ſic conſtituit: *mulier ipſa inclinata eſt ad mortem, quæ eſt domus ejus.* Alias ſententias diverſas multum, copioſe dabit *Robertſon* in *Theſ. Linguæ Sanctæ* pag 1136. 1160. Ego nullus dubito a radice שוח deducere, ut ſit tertia fæm. in Kal. vocabulum enim בית quin olim communis fuerit generis, ambigi nequit. Putem itaque Metaphoram eſſe deſumtam a *gurgite profundiſſimo*, in quem mulier iſta adultera *inclinet* non tantum,

tum, verum ita *ſubſidat*, ut in æternum extrahi, aut liberari nequeat, ſenſu ſic conſtituto: *nam velut in profundum gurgitem ſubſidit domus ejus, & ad damnatos orbitæ ejus.* (x) Eadem vis adplicanda *Pſ.* XLIV. *vſ.* 27. *quoniam ſubſidit ad pulverem anima noſtra, glutine velut adhæret terræ venter noſter. Pſ.* XLII. 6. *quid temet mergis anima mea?* ab eadem hac Origine translatum eſt noſtrum verbum *ad mentem*, profundiſſima rerum cogitatione ſubmerſam veluti, & altius ſidentem: plane ut Latini ſuum *mergi*, & *ſubſidere*, & Belgæ **wegzinken** de mente profundius cogitante & admiratione ſtupente adhibent. Hæc idea inſigne decus ac pondus noſtro loco adjicit. Vult enim Debora Nobiles, Judices, Mercatores, Cives, aliosque non tantum hanc rem altâ mente repoſtam ſervare, verum eâdem altius penetrante velut ſubſidere, utpote ad facinus aliquod mirabile per ſolam potentiſſimi Numinis dextram validiſſimam elaboratum, ad quod acies humana merito ſtupeat, & ſubſidat.

No-

(x) Eandem explicandi viam inſtituiſſe Cl. *Schultens* video in aureo in *Proverbia* Commentario, qui ſub prælo ſudat.

מקול מחצצים בין משאבים *Verſ.* 11.
שם יתנו צדקות יהוה צדקות פרזונו
בישראל אז ירדו לשערים עם יהוה :
*Verſ.* 12.

---

Notabo adhuc verbulo, Radices שחת & ישח huc neutiquam pertinere, ſed aliunde derivandas eſſe. Prior illa ex Arabicâ سحت *raſit* ſuos natales repetit. Altera ἅπαξ λεγομένη *Mich*.VI. 14. requirit radicem وسخ *ſpurca*, *inquinata fuit veſtis*: Eadem ſignificatio in *ſpecie octavâ* ſe exſerit apud *Harir*. Conſ. IV. p. 50. بدني قد اتسخ ودرني قد وسخ *corpus meum obſorduit*, & *ſqualor meus concrevit*. & in *Hiſt*. *Sar*. p. 137. فيتسخ كم القميص & *inquinata erat interulæ manica*. unde derivatum وسخ pro *ſordibus* legitur in H. D. pag. 205. مسجي بشملة ذابل الشفة كاسف اللون وعليه قميص وسخ Erat Omar *veſte obtectus*, *labiis flaccidis*, *colore livido*, *interulâ ſpurca amictus*. Hinc lumen admirabile in ſcenâ graviſſimâ recipiet locus *Michæ*. *Tu comedes*; *ſed non ſaturaberis*, *ſordes tuæ in medio tui*.

*Verſ.* 11.

*Verſu* 11. Propter ſtrepitum ſagittariorum inter aquatoria bellica, ibi celebrent ſtrenuitates invictas *Jehovæ*, ſtrenuitates pagis ejus in *Iſraële*; tunc quum aquatum deſcenderunt ad procellas bellicas, populus *Jehovæ*.

*Verſ.* 12.

---

*Verſ.* 11. (y) Liberide, & Tireſia cœcior exiſtat neceſſe eſt, qui præfracte negare ſuſtineat, plusquam Cimmeriorum obſcuritatem, velut denſam nebulam hunc verſum obſediſſe, quam qui diſcuſſerit, juſte calculos ſubduxiſſe cenſendus erit. Hinc nemini mirum accidere volo, acutiſſima

---

(y) Doct. *Starkius* in obſerv. ad h. l. varias recenſet opiniones, ſubſcribens expoſitioni. Cl. *Hilleri* in *Diſp. ſuper epinicion Deboræ* p. 2. & 7. *De tonitru* (quod קול & alias ſignificat, vid. *Geneſ.* III. 8. *Pſ.* XXIX, 3. 4. 5. *Exod.* XIX, 23. &c.) *fulminantium* (Angelorum, מחצצים particip. piel ex nomine חץ derivatum, quod *ſagittam*, & figuratè *fulmen* ſignificat vid. 2. *Sam.* XXII. 15, *Pſ.* XVIII, 15. CXLIV, 6.) *inter utres* cœli, vel *inter nubes aquis turgidas* (ex Arabiſmo, itaque משאבים idem diceret, quod נבלי שמים *utres* cœli, *Job.* XXXVIII, 37. Quod heic verbis obſcuris innuitur, id clarioribus ediſſeritur infr. vſ. 20. Vide quæ olim prolata a Cl. *Schultens* in obſ. Phil. p. 97.

tiſſima ingenia in hoc loco explicando, cœlum cum terra ut plurimum commiscuiſſe; ſcorias pro áuro venditaſſe, tenebras denique pro luce obtuliſſe. Hinc inductus ſummus noſter *Coccejus* dixit: mirandum eſſe *neque* LXX. *Interpretes*, *neque Chaldæum*, *neque Rabbinos hunc verſum recte intellexiſſe*, *imo nec recte ejus verba conſtruxiſſe*, *a quibus etiam Noſtrorum Verſiones aliquid vitii traxere.* Æthiopem lavare conſendus eſſem, ſi omnes aliorum conatus recenſere, ponderare, diſcutere mihi in animum inducerem. Id copioſè factum a *Schmidio*, qui dum e Labyrintho evadere cupit, glomum ita perdidit, ut vix inveniri poſſe cenſeam. Primo ex notione *colligendi greges*, quam Radici חצץ tribuunt quidam, hanc elicit verſionem: *præ voce cogentium greges inter hauſtra*, *ibi modulabuntur juſtitias Domini &c.* Magis tamen ei placet alter conatus ex verbo הצצר *buccinâ canere* exſculptus, ut מחצצים per ſingularem Anomaliam, omiſſo ר, poſitum ſit pro מחצצרים *clangentes buccina.* Hoc, ne virum, de quo mihi bona mens ſedet, culpem, veteris Linguæ defectum arguere dixerim. Perpendendam mihi adhuc ſumam veteris Commentatoris ſententiam, quæ licet adblandiatur,

tur, necdum tamen omni ex parte exacta eſt. Intendo *Serarium*, qui licet ſæpe plus nugetur, quam commentetur, hic tamen aliquid notatu dignum obſervavit. Exiſtimat quippe, Radicem חצץ quæ vulgo per *jaculari* convertitur, etiam notionem *ſecandi* olim habuiſſe; ut colligit ex *Prov.* XXX, 27. Hinc verba מקול מחצצים *a voce conciſorum inter hauſtra, ibi celebrent juſtitias Dei*: ei hunc ſenſum fundunt: debere populum Iſraëliticum vocibus junctis Deum ſuum, a cujus clientelâ omnis eorum victoria defluxerat, ſummo honore celebrare, ejus juſtitias enarrare, & quidem ibi, ubi colliſi, conciſi, confectique ſunt falcati hominum currus, ipſique hoſtes: eorumque ſic conciſorum, & colliſorum audita vox, & fragor; imo ibi, ubi fuerunt, qui aquam haurirent, & ſubmergerentur. Quæ dum fierent, populum Domini deſcendere ad portas, ſive hoſtiles, ſive ſuas. Hinc ſaltem diſcere licet, 1°. eum Radicis חצץ primariam ſtirpem in *ſecando* poſitam, quod Dialecti extra omnem dubitandi aleam collocant, recte cenſuiſſe. 2°. vocem שערים, quam LXX. non male equidem per πόλεις vertunt, per *portas* etiam *hoſtiles* bene explicuiſſe, quod ex Ara-

Arabico نغر palam fit. Reliqua amputo. Noviſſime hunc locum illuſtravit Reverendus G. *Kuypers* in Diſſertatione ad varia V. T. loca, cujus, ne alia memorem, verſionem tantum exhibebo. *Præ ſtrepitu ſagittariorum, inter aquatoria bellica, ibi celebrent ſtrenuitates invictas Jehovæ, ſtrenuitates pagis ejus in Iſraële, tunc quum aquatum deſcenderunt ad procellas bellicas populus Jehovæ.* מקול מחצצים verſum *præ ſtrepitu ſagittariorum.* קול hac poteſtate aliquoties obvium: præter loca ibi notata, emphatica hanc in rem adjicio ſequentia. 1 *Reg.* 1. 40. *lætabantur lætitiâ magnâ, adeo ut cum crepitu rumperetur terra ſtrepitu eorum.* 1 *Chron.* XIV, 15. *& erit juxta quum audies* קול *ſtrepitum inceſſus in cacuminibus Mororum.* 2 *Sam.* V, 24. *Jerem.* XLVII, 3. *a* קול *ſtrepitu plauſus ungularum fortium ejus.* Pro noſtro loco concinit appotiſſimè illud *Homeri Iliad.* Δ. vſ. 124.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ κυκλοτερὲς μέγα τόξον ἔτεινε,
Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν, ἆλτο δ' ὀϊςὸς
'Οξυβελὴς, καθ' ὅμιλον ἐπιπτέσθαι μενεαίνων.

*Ceterum poſtquam rotundum magnum arcum tetendit,*

*ſtridit*

*Stridit arcus, & nervus valde ſtrepuit,*
*ſaliitque ſagitta*
*Acutam habens cuſpidem, in turbam advolare cupiens.*

Pro ſenſu tamen commodius fuerit illud מקול מחצצים vertiſſe *propter ſtrepitum ſagittariorum*; hoc modo: Deum ab omnibus laudandum eſſe, quum poſt tot calamitates & anguſtias felicem tandem per reportatam Sagittantium victoriam, exitum dederit, & ſuaviſſimam gaudii & Triumphi decantandi occaſionem obtulerit. Plane ut de Joſepho memoratur *Geneſ.* XLIX, 23. 24. quem *veneno exaſperatis telis appetivere, & odio inſecuti ſunt, qui tractant ſagittas. At permanſit in perenni vigore arcus ejus, & brachia manuum ejus fuere expeditiſſima.* (z)

*Verſ.* 12.

(z) Radix תנה nondum ea luce ditata, qua indiget. Mihi præprimis adridet originatio Cl. *de Dieu* ex Dial. Arabum, ubi ثنى valet *laude & gratiarum actione celebravit.* *Harir. Conſ.* I. pag. 32. فانثني عنهم مثنيا *& regreſſus inde fuit gratias agens. Conſ.* v. pag. 98. واثنينا علي خلقه السبط *ejusque indolem haud ſane criſpam dilaudavimus.* VI. p. 242. واعداوك تثني *& hoſtes tui te dilaudant.* Confer *Al. Schultens* obſ. Phil. p. 131.

עורי עורי דבורה עורי עורי *Verſ.* 12.
דברי שיר קום ברק ושבה שביך בן
אבינעם :

*Verſ.* 13.

---

*Verſu* 12. Neminem fugere poteſt, verbi עורי repetitionem., ſummæ lætitiæ indicium eſſe, uti adnotavit Cl. *Burmannus* collato *Pſ.* LVII, 8. 9. addatur *Pſ.* XLVII, 7. Vix quidquam præterea ad hunc verſum, ubi omnia plana & plena, ſubmonuiſſem, niſi forte in *verſionem Arabicam* incidens, eam longe aliter legiſſe deprehendiſſem: Sic verba transfert
انتهضي انتهضي يا دبورا وتحسني
وانطقي انهض يا بارق واسب الذين
كانوا يسبونك يا ابن ابينعام
*Surge, ſurge ô Debora, te exorna, & loquere, ſurge ô Barac, & prædare eos, qui te prædantur* &c. Arguit hoc ab *Arabe* lectum fuiſſe שְׁבִיךָ. Acuta magis, quam vera inſuper eſt *Salomonis Jarchii* adnotatio. *Rabbini noſtri dicunt: quoniam Debora ſemet jactaverat, ac dixerat* עד שקמתי דבורה *donec ſurrexi ego Debora, receſſit ab ea* רוח הקדש *ſpiritus ſanctus.* Quaſi vero illa victoriam propriis viribus adſcripſiſſet. Hoc ſi voluiſſet caſtiſſima mater, neu-

*Verſ.* 12. Evigila, evigila *Debora*, evigila, evigila; duc Canticum (a), ſurge *Barac*, & captivam fac captivitatem tuam, *Fili Abinohami!*

*Verſ.* 13.

---

neutiquam ſoli Deo cum veneratione honorem exhibuiſſet, neutiquam ſuos ad Deo gratias perſolvendas ſtimulaſſet, imo neutiquam Deo Carmen Triumphale conſecraſſet. Id ipſum agnoſcit paſſim *Paraphraſis Chaldaica*, quæ & ad hunc ipſum verſum hæc notavit: בכן נחת חד ממשריית
ישראל ותבר תקוף גברי עממיא הא לא מגבורא
דידהון הות דא אלהין יי תבר קדם עמיה
עמיה תקוף גברי שנאיהון *Tunc deſcendit unus ex exercitu Iſraël, & fregit fortitudines fortium gentium. Ecce non ex fortitudine manus eorum fuit hoc; ſed Dominus fregit ante populum fortitudinem virorum, oſorum eorum.*

*Verſu* 13.

---

(a) Non ſatis exprimit vim verbi דבר, dum vertant omnes דברי שיר *loquere canticum*, Fortius & tornatius: *duc canticum*: id eſt *longa ſerie diduc*. Nota Latinis phraſis *deducere ſermonem*. Prælucet copia Arabum ſub دبر, ex origine *ſerere*: plane ut Latinis *ſermo* a *ſerendo*, & Græcis ἔπος ab ἔπειν nomen invenit.

אז ירד שריד לאדירים עם *Verſ.* 13.
יהוה ירד לי בגבורים:
*Verſ.* 14.

---

*Verſ.* 13. Verſus hic cum præcedente proxime connexus inter difficiliores merito cenſendus eſt. Quotquot enim Interpretes ad hunc locum aciem intenderunt, nihil firmi, & in quo tuto adquieſci poteſt, exhibuerunt. Diverſos vertendi modos breviter ſtringam, ut loci dfficultas eo plenius perſpiciatur. I. LXX. *Interpretes* dederunt: τότε κατάλειμμα τοῖς ἰσχυροῖς. λαὸς κυρίου κατέβη αὐτῷ ἐν τοῖς κραταιοῖς ἐξ ἐμοῦ. Patet verbum יְרַד absque ullâ Analogia reductum ad radicem ירד *deſcendit*, mutato inſuper nexu, quo vocula עם ad ſequens יהוה retruditur, & cum eo connectitur. II. *Vulgatus* cum aſſeclis e *Pontificiis*, *Toſtato*, aliiſque vertit: *ſalvatæ ſunt reliquiæ populi*, *Dominus in fortibus dimicavit*. Id hians, & plane inſulſum. III. *Belgæ* dederunt: *tunc dominari faciebat ſuperſtitem ſuper excellentes in populo: Dominus me dominari facit ſuper potentes.* in voce עם ſuppleta eſt præpoſitio ב, quod factum etiam a *Rabbinis* quibusdam, *Junio* &c. IV. *Clericus* reddit: *nunc dominabitur populus qui evaſit*, *illuſtribus*

*Verſ.* 13. Tunc calcando ſubiget reſiduus: ipſos ſane magnificos populus: *Jehova* mihi ſubiget potentes.

*Verſ.* 14.

---

*luſtribus* (*viris*), *Jehova dominabitur mihi per fortes viros.* V. *Coccejus* ſic concipit: *tunc ſubegit ſuperſtitem ducibus populi, Dominus ſubegit mihi* (ſuperſtitem) *in fortibus.* VI. Agmen claudat *Schmidiana* verſio: *tunc dominabitur reſiduus; magnificis populus, Jehova dominabitur mihi inter fortes* (*potentes:*) Hæc certe verſio ut concinnior, ſic commodior, quæ majorem adhuc capiet gratiam per noſtram illucidationem, quâ rotundius ita concipimus. *tunc calcando ſubiget reſiduus: ipſos ſane magnificos populus: Jehova mihi ſubiget potentes.* (b) Verbum enim ردي *Arabibus* proprie ſignificat *calcare*, *calcando ſubigere* cum ferociâ videlicet & inſultu. hinc *Gjeuharius* ita exponit ردي الفرس اذا رجم الارض (c) رجما بين العدو والمشي Hæc vis *calcationis* cum *faſtu* multis in locis

---

(b) Vide *Starkii* obſerv. p. 153 qui huic verſioni calculum adjecit.

(c) Plenius ita in meo exemplari. ردي الفرس يردي رديا ورديانا ابن السكيت اذا

cis attendenda : quod docte & ut ſolet, ſolide pluribus exſequitur Cl. *Schroederus* pag. 378. Reſidet adhuc ſcrupulus in voce לאדירים, quam vertunt vulgo *excellentibus* ; ut ל ſit nota *dativi* : Mihi magis placeret ל *emphaticum* ſignificationem intendens. Tale ſic deſcribit Auctor libelli *centum Regentum* pag. 180. والخامس زايدة كقوله تعالى ردف لكم اي ردفكم *Quinta* ſignificatio *redundat*

---

اذا رجم الارض رجما العدو والمشي الشديد قال الاصمعي قلت للمنتجع بن نبهان ما الرديان فقال عدو الحمار بين اريه ومتمعكه *Ibn Sakit* : רדה *adhibetur de equo. In Futuro* ירדי, *cum derivatis* רדי & רדיאן, *quum calcat terram vehementius, medius inter curſum & inceſſum. Dicit Aſmæus; rogavi Almontagа Ben Nabhan, quid ſibi vellet radjaan: dixit inceſſus aſini inter motum continuum & volutantem.* Verbulo in *Camouſ.* ردي الفرس رجمت الارض بحوافرها רדי *terram ungulis calcavit equus.* Huc facit illud ex Hiſt. Tim. p. 321.

طحن الردي تلك العظام
وفت هاتيك الصدور

*Commoluit calcatio hæc oſſa,*
*Et hæc pectora perfregit.*

*redundat in dicto Dei O. M.* רדף לכם, i. eſt. רדפכם Frequentiſſimum eſt, & omni pagina obvium in *Alcorano* etiam *nominativis* adjectum. *Surat.* IX. 42. يهلكون انفسهم والله يعلم انهم لكاذبون *perdunt animas ſuas, nam Deus ſcit quod ipſi ſane ſint mentientes* vſ. 49. وان جهنم لمحيطة بالكافرين *ſed certe Gehenna ſane circumdatura eſt infideles.* In *Hiſtor. Timuri* ولقناة شديدة *& ſane haſta*, ſive *Canna dura.* Similiter *accuſativis* præponi amat, ut in illo ſupra memorato ex Auctore *Centum Regentum.* Reſpicit ad *Alcor. Surat.* XXVII. 73. Scrupulum injicere neutiquam debet illud *Buxtorfii* in *Lexico* notantis, רדה ſignificatione *dominandi* conſtruendum eſſe cum præpoſitione ב. Vellem Viro ante oculos fuiſſet locus *Eſ.* XIX, 6. רדה באף עמים non: *dominans in irâ ſuper gentes*, ſed *calcans in naſo*, i. e. ferociâ, *gentes.* & *Eſ.* XLI. 2. ומלכים ירד *& reges calcare facit.* non enim opus ſupplere ובמלכים. Similiter *Arabes* hanc radicem conſtruunt cum *Accuſat.* & *præpoſitione* ب. Hinc forte dicere poſſemus, ſtyli varietatem de induſtriâ fuiſſe captatam; quâ prius ירד לאדירים

מני אפרים שרשם בעמלק *Verſ.* 14.
אחריך בנימין בעממיך מני מכיר ירדו מחקקים
ומזבולן משכים בשבט ספר׃
*Verſ.* 15.

---

לאדירים effertur, ſubjecto mox cum ב, ירד בגבורים: plane ut *Eſaias* l. c. *Cap.* XIV, 6. in *ſecundo verſu* dixerat ורדו בנגשיהם. Propoſita a nobis ſententia cum filo orationis optime conſpirat. In præcedenti enim verſu *Debora* ſemet cum *Barako* excitaverat, ut ſuam captivam duceret captivitatem: ſubnectit jam ejusdem victoriæ certitudinem, fore, ut illi, qui ex tot calamitatibus ſalvi & incolumes evaſerant, ſub jugo ſervitutis & dominationis illuſtriſſimos & nobiliſſimos comprimerent & pede conculcatos pro viliſſimis mancipiis haberent: imo etiam ſe fortiſſimos hoſtium Duces, aut Milites robuſtiſſimos ſub poteſtatem & dominium redacturum: Modeſte tamen hoc Deo adſcribit, qui Dux & Auſpex ipſi fuerat fideliſſimus.

*Verſ.* 14. Difficultatem verſus præcedentis ſuperat خرط القتاد *nodus duriſſimus* hujus commatis a LXX. ita converſi. Ἐφραὶμ ἐξεῤῥίζωσεν αὐτοὺς ἐν τῷ Ἀμαλὴκ, ὀπίσω

*Verſ.* 14. Ex mihi *Ephraim* (erunt) quorum radix in *Amalec*. Poſt te erit *Benjamin* in populis tuis. Ex *Machir* deſcendent legislatores, & ex *Zebulon* ad bellum contrahentes virga conſcriptoris.

*Verſ.* 15.

*ὀπίσω σου Βινιαμὶν ἐν τοῖς λαοῖς σου. ἐν ἐμοὶ Μαχὶρ κατέβησαν ἐξερευνῶντες καὶ ἀπὸ Ζαβουλὼν ἕλκοντες ἐν ῥάβδῳ διηγήσεως γραμματέως.* Præter *σφάλματα* leviora notari meretur pro שָׁרְשָׁם & מְחֹקְקִים ab iis lectum videri שְׁרָשָׁם & מְחַקְרִים. Variorum conatus hic iterum præmiſiſſe non abs re fore judico. Ordior itaque a

I. Sententia מני אפרים שרשם בעמלק, quæ varie vertitur & explicatur. 1°. *Vulgatus Interpres* dat: *ex Ephraim delevit eos in Amalec:* unde *Toſtatus* multis ficiculis hunc ſenſum extorſit: quaſi innueretur, Deum Amalekitas Iſraëlitarum hoſtes infenſiſſimos per Joſuam ex Ephraimo oriundum deleviſſe. Hæc etiam mens eſt *Salomonis Jarchii* מן אפרים יצא את. שורש יהושע בן נון לרדות בעמלק ליחלש אותו לפי חרב *ex Ephraimo egreſſa eſt radix Joſua, fil. Nun, ut debilitaret eum ad os gladii.*

2°. *Noſtrates* cum plurimis exhibent: *ex Ephraim erat radix eorum contra Amalec.* Id varie iterum explicari ſolet. Ab aliis enim vocabulum שרשם refertur ad Ephraimitas: ab aliis ad ipſam Deboram. *Clericus* hic ſpecialiter *Gideonem* indicari cenſet; quare ſuam ſic ſupplet verſionem: *Ex Ephraimo ſtirps eorum*, (*bellum gerent*) *cum Amalekitis*: cum alluſione ad Cap. VI, 33. VII, 12. Eſt adhuc 3°. alia *Anglorum* quorundam & *Hilleri* in *Hieroph.* pag. 16. opinio, quibus עמלק non eſt *nomen proprium populi*, ſed *montis*, qui *Cap.* XII, 15. vocatur *mons Amalekitarum*: quaſi innueretur, Ephraimum populum ſuum ad hunc montem congregaſſe. Noſtram ſententiam infra adjiciemus. Ad reliqua progredior

II. אחריך בנימין בעממיך. 1°. *Vulgatus* iterum corrupte transfert: & *poſt eum ex Benjamin in populos tuos ô Amalec. Toſtatus* hypotheſin ſemel arreptam continuat explicando, poſt *Joſuam Amalekitas* a *Saulo* fuiſſe impugnatos. Idem filum ſic contexit *Jarchius*: יקום משבט בנימין שאול בן קיש שיגרמנו ויעמם אותו כנחלים עוממו *Surget ex tribu Benjamin Saul, Filius Kuſch, qui oſſa ejus conteret,*

*ret*, *eumque operiet non ſecus ac prunas contectas*. 2°. Belgis placet: *poſt te erat Benjamin inter populos tuos*. vel ut alii volunt, referendo ad *Ephraimitas*, *poſt te*, *ô Benjamin in populis tuis*, ſupple, *erunt illi ex Ephraimo oriundi*. Alii iterum diverſimode concipiunt. Exciderat fere 3°. *Glaſſii* cum cæteris ſententia, qui in *Philol. Sacr.* L. III. Tract. VI. Can. XI. verba ad Deum in præcedenti verſu nominatum reſtringens, per ſupplementum ȝ מ ſic ſtruit. *Ex poſt te*, nempe Jehovam, *Benjamin inter populos tuos*. Reliqua ſi ſcrupuloſe recenſere vellem, mihi in deſcribendo moleſtiam, & Lectori in perpendendo faſtidium crearem.

III. Sequentia *ex Machir legislatores deſcenderunt*: ab omnibus ferme ad tribum *Manaſſe*, de quâ *Joſ.* XVI, I. reſtringuntur.

IV. Pedem idcirco confero ad ultimam ſententiam abſtruſiorem quidem illam: *& ex Zebulon* משכים בשבט ספר. *Vulgatus* 1°. neſcio ex quo canali exſculpit: *qui exercitum ducerent ad bellandum*. 2°. *Arabs* non majore cum auctoritate obſert الذين يرتكبون بعلم الكتاب

الكتاب *qui inſudant ſcientiæ libri*: quaſi vellet cum quibuſdam, Zebulonitas, licet magis in libris terendis occupati eſſent, tamen ſe ad bellum hoc ſpontaneo obtuliſſe. Hoc ſpecioſius, quam verius. Rectius 3°. plurimi dederunt: *trahentës virgâ ſcribæ*; intelligentes vel *eruditos*, vel *Duces*, qui populum convocarent. Ita verbum משך adhibetur *Cap.* IV, 6. 7 Hoc illuſtrare poſſet Latinorum *trahere*, de *exercitu* tritum apud *Poëtas*. Alibi me legiſſe memini *trahere ad prælia gentes*. i. e. *congregare*. Notius eſt compoſitum *contrahere milites*.

Varia opinionum divergia circa hunc verſum mihi ut plurimum hinc orta eſſe videntur. Scopus Deboræ in ſuo cantico non tam eſt vetera facta recenſere, quam quidem præſentem, & futurum ſtatum ob oculos ponere. Hoc filum perdiderunt illi Interpretes, qui ad alia omnia jam olim geſta recurrentes, id quod præ oculis erat prætermiſerunt, imo in totum omiſerunt. Telam noſtram jam retexamus. Præcedens verſus ex noſtrâ hypotheſi continet victoriæ certitudinem ab inimicis reportandæ, cujus conſequens verſus hic decimus quartus amplius

amplius declarabit. Hoc recte obſervatum a *Schmidio*, cujus verſio ſuppleto pronomine אשר ab omnibus palmam merito auferre poteſt. *Ex Ephrajimo (erunt) quorum Radix in Amalek, poſt te, Benjamin, (erit) in populis tuis: Ex Machir deſcendent legislatores; & ex Zebulon trahentes ſceptrum ſcribæ.* Duplicem, ut in præcedentibus factum, proponit explicationis viam, vel ut verba capiantur de Triumpho Baraki, vel de commodis Victoriæ ejusdem: ad poſteriorem tamen maximè inclinat. Ego non injucunde utramque conjungi poſſe arbitror. Paucis itaque viri mentem illuſtrabo. In prioribus verbis: *ex mihi Ephraim erunt, quorum Radix in Amalek* intenditur fore, ut ſingulæ tribus per Triumphum illum magnum caperent emolumentum, ſibique robur adquirerent: imo fore, ut Tribus Ephraimitica jam ipſam Amalekitarum terram occuparet, ibique Radices ageret, ſic ut ex illa terra hoſtili etiam tales prodituri eſſent Duces, qui ſimul cum Debora, & Barako hoſtes repellerent. Magnam emphaſin habet vocula מני *ex mihi*: ſolet quippe affixum eleganter in particulis & nominibus redundare. Vide *Pſ.* LXXVIII, 2. *eructabo*

*ænigma-*

*ænigmata* קדם מני *a mibi antiquitate Pſ.* XLIV, 11. *retrorſum egiſti nos* מני־צר *a mibi hoſte Pſ.* LXXXVIII, 10. *oculus meus tabeſcit* עני מני *a mibi oppreſſione.*

Ad mentem propoſitam adplicari etiam ſe patiuntur ſequentia; ſive conſtruas *poſt te*, nempe *Barakum*, *erit Benjamin in populis tuis*, ſive quod malim, *poſt te*, Ephraimum *erit Benjamin*: ſic ut tribus Benjamin ſe parti Ephraimiticæ adjungeret in omnibus, ejusque exemplum ſequeretur. Si quis tamen magis ad Barakum reſtringere velit. ſenſus non obſtabit; fore, ut etiam hæc tribus *Barakum pro Judice & Duce agnoſcat*, *& in omnibus pace belleve illi pareat*. Verba ſunt *Schmidii*. Huc etiam ducunt ſequentia: *& ex Machir deſcendent legislatores*. In Hebræo eſt ירדו *deſcendunt*: in ſtylo enim Prophetico Præterita pro Futuris, quaſi quæ jam jam facta eſſent, adhibentur obſervantibus id etiam Doct *Belgis* in Præfatione ad Prophetas. Ita hic Debora innueret, fore ut ex tribu Manaſſis, cujus primogenitus erat Machir, prodirent viri prudentiâ & conſiliis Politicis conſpicui, qui Barako addicti, de ſalute & quiete Iſraëlis eſſent ſolliciti.

Perpendenda adhuc reſtant ultima verba:

ba: *&* *ex Zebulon* משכים בשבט ספר *trahentes virgâ*, vel *virgam ſcribæ*. Per illos *Schmidus* ſimpliciter intelligit ipſos ſcribas, qui iidem ſunt cum legiſlatoribus: ſic ut שֵׁבֶט hic *dignitatem Politicam* ſignificet. Ego aliud quid ſubeſſe ſuſpicor, quod tamen non ultra conjecturam haberi volo, quæ mihi ſuborta eſt ex verſione vulgatâ, *qui exercitum ducerent ad bellandum*. Fieri enim poteſt, ut Radix משך olim in vivâ lingua ſignificaverit *trahere ad ſe*, ſpeciatim *milites*: ad quod forte alluditur in locis ſupra allatis *Cap.* IV, 6. 7. Hinc סֹפֵר *ſcriba*, ſpeciatim etiam denotaret eum, qui conſcribit, militesque cogit. Hanc in rem inſpici velim 2 *Regum* XXV, 19. radix enim ספר non tantum ſignificat *numeravit*, ſed etiam *ſcripſit*: *Metaphorâ* a *re Arithmeticâ* deſumtâ; unde apud Arabes سفر ſignificat *everrit pulverem*, *abraſit*, quæ notio eſt primaria. (d) Hunc uſum *conſcribendi milites* illuſtra-

(d) Notum Latinorum *pulverare*: id eſt, in *pulvere numerare* & *calculare* pro *numerare ope calculorum* Solebant autem Arithmetici nummos & calculationem inire in pulvere ſuper tabula, vel abaco, ut vocabant, tenuiter ſparſo, quem eruditum pulverem appellat

luſtrabit verbum كتب כתב *ſcripſit* : in II. ſpecie *congregavit*, *diſpoſuit exercitum in turmas*, cum derivato كتيبة , quod paſſim pro *coborte* obvium eſt apud ſcriptores Arabes. ita *Behramus* in *Mon. Vet. Arab.* p. 54. canit.

وَكُنْتُ اذَا تَشَاوَسَ مَلْكُ ارْضٍ
عَبَأْتُ لَهُمْ ٱلْكَتَائِبَ وَٱلْجُنُودَا ۞

*Is ſum, ſi ocellum obliquet ullus Rex terræ;*
*Qui aciem inſtruam ipſis per Catervas & turmas.*

Adde & illud Poëtæ.

واذا دققنا الكتائب المتراكمة
كما دق الحديد الروادي ۞

*Quando in latum deduximus Phalanges compactas,*
*Quemadmodum dilatant ferrum deducentes:*

Locum

---

pellat Cicero unde *Perſius*.

*Nec qui abaco nummos, & ſecto in pulvere metas.*
*Scit riſiſſe vafer.*

Ita in notatis ad *Pſalmos*. alibi obſervat. Cl. *A. Schultens*.

Locum, ut nihil pro meo ventilem, repono laudato Cl. *Schroedero* pag. 382. Hujus notionis veſtigium in Hebraico כתב ſeſe obfert *Eſa.* x, 19. Hinc ſenſus verborum hic erit, fore, ut quemadmodum ex Machir prodirent egregii Politici, ſimiliter ex Zebulon extituri eſſent eximii, qui populum per ſcribas ab iis deſtinatos convocarent, ad bellum contraherent. Conferantur quæ dedit *Guſſetius* in Comm. L. H. ad vocem שבט. Addi adhuc poteſt conatus Cl. *Vriemoet* in *Annot. Philol.* pag. 311. qui ex Arabico مسك *apprehenſum tenuit*, hunc ſenſum elicuit: *tenentes ſceptrum ſcribarum.* (e) Certe hæc notio trita eſt Arabibus. Adjiciamus quædam exempla. *Abulola* pag. 246.

يُذِيبُ ٱلرُّعْبُ مِنْهُ كُلَّ عَضْبٍ
فَلَوْلَا ٱلْغِمْدُ يُمْسِكُهُ لَسَالَا

*Liqueſacit terror ejus quemcunque enſem (alium;)*
*Ut ſi eum non* ימשך *contineat vagina, diffluxerit.*

Nec

(e) Plenius in diſſ. de *Schiloh.* p. 219.

ושרי בישׂשכר עם דברה *Verſ.* 15.
וישׂשכר כן עמק ברק בעמק שלח ברגליו
בפלגות ראובן גדלים חקקי לב׃
*Verſu* 16.

---

Nec non in Epiſtolâ *Ebn-Tophail* pag. 81. وتعامل علي من يمسكه تحت الماء *reluctatur ſub aquâ detinenti*. *Elmacin*. p. 139. فامر المعتز فلفه في لحاف سمور ومسك بطرفيه حتي مات *Juſſit Almotazzus eum panno involvi, hujusque extremitates prehenſas teneri, donec exſpiravit.* Eadem iisdem ferè verbis refert *Abul'-Phar.* H. D. pag. 269. Hæ tamen notiones meræ ſunt ſecundariæ, unde magis placet retinere noſtrum *trahere*. (f) Id certe in locis a viro Docto allegatis melius quadrat. *Job.* XXVIII, 18. משך חכמה *tractio ſapientiæ præ margaritis*, id eſt.

---

(f) In *Golio* ſub مسك exulat notio *trahendi*, quæ tamen conſpicua in dicto Arabum. ان كانت لك شبكة امسكها لئلا تمسك منها *ſi habueris rete, trahe illud, ne forte traharis ab illo.* Vide notas in Carmen *Caabi* p. 115.

*Verſ.* 15. Et Principes mihi in *Iſſaſchar* cum *Debora.* & *Iſſaſchar* æque ac *Barac* in vallem mittetur pedibus ſuis. In diviſionibus *Rubenis* magni contentionibus *cordis.*

*Verſ.* 16.

---

eſt pondus & pretium. *Jer.* XXXI, 3. משכתיך חסד. Ibi non quadrat illud Cl. *Cocceji: perſeveravi in ſtudio erga te.* neque *Junii* & *Tremellii: extendo erga te benignitatem.* neque ſatis completum eſt viri docti illius: *tenui te affluentiſſima benignitate.* multo gravius & ſonantius eſt: *traxi tibi ubertatem ſucco ſam.* Radicem enim משך olim in *uberibus tractis*, & *emulſis* adhibitam fuiſſe, perſuadere videntur loca, ubi eadem phraſis exſtat *Pſ.* XXXVI, 11. CIX, 12. Non abſimili figurâ dixit *Lucan. Pharſ.* L. III. 351.

——— ——— *fruſtraque trahentes*
*Ubera ſicca fame medios mittentur in ignes.*

Audiatur *Pollux* Onom. L. I. Cap. XIII. ſegm. 250. καὶ οὔθατα μὲν σφελγῶντα ἐρεῖς, ὅταν πλήρεις γάλακτος ὦσιν οἱ μαστοί. τὸ δὲ ἕλκειν ἀπ' αὐτῶν γάλα. βδάλλειν καὶ ἀμέλγειν. *Ubera autem turgida dicuntur, cum lacte plena ſunt. lac autem ab ipſis EXTRAHERE, mulgere vocatur.*

*Verſ.* 15. Non nihil difficultatis, parit *verſus decimus quintus*, cujus prius hemi-

ſtichium ſic concipitur. ושרי בישׂשכר עם־דבורה וישׂשכר כן ברק בעמק שלח ברגליו Cenſent & recte Interpretes, victoriæ & triumphi ab hoſtibus reportandi commodum his verbis continuari. Sunt tamen quædam, quæ ſcrupulum injiciunt.

*Primo* vocabulum שָׂרַי cenſetur plurale pro שרים. Adnotatio *Raſchiana* eſt, י litteram in voce שרי eſſe acceſſoriam, ceu ſuperfluam. In hanc rem adducit שָׂדָי *Pſ.* VIII, 8. XCVI, 12. *Eſ.* LVI, 9. nec non חַלּוֹנַי pro ſingulari חַלּוֹן *Jerem.* XXII, 14. Error eſt manifeſtus: vocabulum enim שרי non eſt plur. pro שָׂרָה, ſed omnino forma adjectiva optimæ & antiquiſſimæ notæ a radice שרי. Hæc *Arabibus* eſt ثدي, quam eorum *Critici* per بلّ *rigavit*, *madefecit*, exponere ſolent. Certe hæc vis ſeſe paſſim in libris exſerit, in quibus adhibetur pro *uberi venâ maduit*, *irriguus fuit*; unde derivatum ثدي שַׁד ſignificat *mammam*: ut in illo *Proverbio* تجوع حرة ولا تاكل ثدييها *famelica ſit* licet *libera*, *non tamen ederit mammas ſuas.* Graphice dixit *Bohadinus* vitæ

vitæ Sultani *Parte prima* ويترضع ثدي محاسن اخلاقه *ubera ſuxit excellentiſſimarum ejus dotium.* Opem non adſpernandam adfert & altera Radix سدي, quæ inter alia notat *rore adſperſa fuit*, *maduit* terra, cum derivato سَدّ pro سدي *rore madens* terra: hoc eſt noſtrum שָׂדַי *irriguus* campus, ager. Ita Latini *uberem* de *ſolo fertili* adhibent: ut in illo *Virgilii* Æn. 7. 262. *divitis uber agri*: *uber* ibi eſt ſubſtant: idem quod *ubertas*. Pro Origine notetur, ipſum illud *uber* eſſe contractum ex *uviber*, ab *uveo*, *uveſco*: i e. *humore diffluo*. *Roris* ſignificatio hinc etiam ſuos repetit natales: a *fluxu* videlicet *manante*, & *madente*: alio uſu exſtat in *Proverbiis* Erpen. pag. 60. عند الصباح يحمد القوم السدي *ad auroram laudat populus pluviam*: verum rectius cum *Pocockio* in *ſpecimine Hiſtor. Arab.* pag. 351. legas السري *nocturnam profectionem*. Alterum exemplum a *Raſchi* productum חלוני eſt plurale cum affixo י, *feneſtræ mibi*. Plura exempla ſuppeditabunt *Inſtitut. Gram.* p. 474. Noſtrum itaque שָׂרַי vertimus *Principes mihi*. *Clericus* dedit *Principes mei*: & Iſraëlitam loquentem in-

troduci arbitratur. Hoc tamen cum filo orationis, quod jam *Secundo* evolvamus, neutiquam conciliari poteſt. Debora enim, ut jam ſupra inſinuatum, idem victoriæ commodum continuat; fore nempe, ut per Triumphum Baraki Iſſaſchar, ſive Tribus ejus, Deboræ adhæreret: ſic enim verba ſonant: *Et principes mihi in Iſſaſchar cum Deborâ* וישׂשכר כן ברק בעמק שׁלח ברגליו. Hæc poſtrema non nihil torquentur a *Commentatoribus*. Turbat enim particula כֵּן. Ego nullus dubito, quin ſimpliciſſimum ſit, ad Barakum referre hoc modo: *Et Iſſaſchar æque ac Barak mittetur in vallem pedibus ſuis. Schmidius* etiam non male ſupplet particulam עם præcedentem, *& Iſſaſchar ſic cum Barako.* Prius tamen, ut dixi, ſimplicius. Obſervari meretur obiter in Codice Græco *Aldin. & Complutens.* רגליו verſum per πεζοὺς αὐτοῦ. Nihil Arabibus tritius quam رجل & راجل appellari *peditem*, oppoſitum τῷ فارس *equiti*. Ut in illo *Poëtæ*.

كَمْ قَايِلٍ قَدْ قَالَ مَا لَكَ رَاجِلًا

فَقُلْتُ لَهُ مِنْ أَجْلِ أَنَّكَ فَارِسٌ

Quam

*Quam ſæpe quis dixit; quid incedis pedes?*
*Cui reſponderim, quia tu equo veheris.*

*Ibidem.* Reſtat adhuc alterum hemiſtichium explanandum. Communis eſt opinio hic incipi vituperium in eos, qui domi manſerant, ſeque ab auxilio Deboræ & Baraki abſtraxerant Perpendamus verba. בִּפְלַגּוֹת רְאוּבֵן *in diviſionibus Rubenis*, talem Cl. *Clerico* crucem fixerunt, ut ajat, *quid ſibi velit, non adſequor, ut nec ſequentia. Videtur aliqua laus Rubenitarum hic contineri, ſed qualis ſit, & quem in finem inſerta, non intelligo.* Fateor, ſi verba in bonum ſumantur, nec me eorum mentem adſequi: nam quod *Schmidius* hic *acumen ingenii*, & *ſapientium cordis* denotari cenſet per חִקְקֵי־לֵב non poteſt conciliari cum verſu ſequenti, quem plane in vituperium tendere nemo prudens negabit. Vir Doctus enim pro hypotheſi verba magis huc trahit, quam limpido e fonte deducit. Videamus itaque quid ſibi velint בפלגות ראובן. Non poſſum ſubſcribere iis, qui *animi diſſenſionem* intelligunt, quorſum inclinat *Jarchius*, qui audiatur ad h. l. ſic commentans. Adſcribam tantum verſionem *J. F. Breithaupti. Aſt in diſſenſionibus animi*

 (*tri-*

( *tribûs* ) *Rubeinitic*æ *multiplicati ſunt* הקקי לב i. e. *cogitabundi corde*, (*quæ Jonathan vertit*;) נכלי ליבא *inſidiatores cordis* : (*nempe illorum animus repletus fuit*) *calliditate*; *quænam vero fuit illa calliditas ejus* (*Rubenis? nimirum ille*) *ſedit* (*otioſus ſpectator*) *inter terminos belli*, *ut audiret*, *quiſnam victoriam eſſet reportaturus*, *eique accederet* (*ac ſemet adjungeret.*) Veriſimilius eſt indicari loca Rubenitarum diviſa quaquavorſum : habitabat enim circa Jordanem fluvium : hoc confirmat verſus 17. imo ipſum noſtrum פלגות pro *rivis* venit *Job.* XX. 17. *neutiquam videbit* פלגות *rivos fluviorum torrentium mellis atque butyri.* hinc *Coccejus in Lexico* dedit ; *apud rivos Rubenis* : nec non in *verſu ſequenti.* Non injucundam lucem adſperget collatio Dialectorum. Apud *Hebræos* Radix פלג in *Kal* nuſpiam obvia eſt : in *Niphal* exponitur *diviſus fuit.* Apud *Syros* Radix ܦܠܓ conſervata *ſecuit in partes*, *diſſecuit*, *partitus eſt*, cum derivato ܦܠܓܐ *diviſio*, *portio dimidia*: proprie *ſectio.* Ab hac notione *ſecandi* pendent & reliqua gloſſemata, quemadmodum *hæſitavit*

*vit animo*: cum derivato ܦܘܠܓܐ & fœmin. ܦܘܠܓܬܐ *hæſitatio*. Notæ ſunt Latinis *cogitationes ſciſſæ*: hinc in Epiſtola *Jacobi* Cap. 1. 8. Græcum δίψυχος expreſſum per ܦܠܝܓ ܒܪܥܝܢܗ *dubius in animo ſuo*. *Arabs* ibi pro ſenſu dedit ذا رايين *duplicis conſilii*. Originem propoſitam magis ſtabiliet uſus *Arabum* فلج *fidit*, cum derivato فلج *ſegmentum*, & فالج *fluvius parvus*, *rivus*. *Stockius rivum* ita cenſet denominatum, tum quod a *fonte dividatur*, tum quod *dividat terram*, per quam fluat. Noſtra origo obfert *fiſſionem minorem*, cum oppoſitione ad *mare amplum*, *commune aquarum tenſorium*. Hanc *fiſſionem* pulcherrima figurâ ad *os* tranſtulit *Abu Sachr*. in *Diw. Hud.*

ومفلج حم مناغره مثل الاقاحي
وافر الظلم

*Os grato patulum biatu, gingiva nigrum,*
*ut Parthenium, perfectiſſimi nitoris.*

Hic verſus debetur ſingulari diligentiæ amici mihi conjunctiſſimi J. J. *Reiske* in ſuo *Tharaph. Moallak.* p. 53.

 *Ibid.*

לָמָּה יָשַׁבְתָּ בֵּין הַמִּשְׁפְּתַיִם *Verſ.* 16.
לִשְׁמֹעַ שְׁרִקוֹת עֲדָרִים לִפְלַגּוֹת רְאוּבֵן גְּדוֹלִים
חִקְרֵי לֵב׃

*Verſ.* 17.

---

*Ibid.* Verbulum adhuc addam de formula חִקְקֵי לֵב vulgo *ſtatuta cordis*. LXX. dederunt ἐξικνούμενοι καρδίαν. Cl. *L. Bos* in *Prolegomenis* ait, obſcura eſſe hæc verba; quare legendum eſſe conjicit ἐξενιχνιασμοὶ καρδίας. Suſpicatur nempe per compendium ſcriptum fuiſſe ΕΞΙΧΝϹΜΟΙ, atque hine ΕΞΙΧΝΟΥΜΕΝΟΙ prodiiſſe. Neutiquam nego per abbreviaturas tales in MS. multos in Codices impreſſos errores paſſim irrepere. Arbitror tamen ego ex eâ, quæ præ manibus eſt, τῶν LXX. verſione, ab iis lectum fuiſſe חִקְקֵי. Ratio ſuſpicionis hæc eſt, quia חִקְקֵי minus notum: id enim non venit a ſingulari חֹק *ſtatutum*, ſed ab alia forma ſegolata חֵקֶק, a radice חקק, quæ Arabibus حق, ſpeciatim in II. ſpecie حقّق valet *inveſtigare*, *perſcrutari*, diſceptando *veritatem inquirere*. hinc Cl. *Schultens* in Obſerv. Philol. hæc poſtrema illuſtrans reddit: *in diviſionibus Rubenis magnæ erant contentiones, disquiſitiones cordis*. Senſus huc

*Verſ.* 16. Quare ſediſti inter chytropodes ad audienda ſibila gregum? Diviſionibus *Rubenis* magni ſcrutinia cordis.

*Verſ.* 17.

---

huc redibit. Rubenitas non nihil disceptaſſe inter ſe, num tantæ foret neceſſitatis ſe in bellum hoc immittere; ſatius fore curam gerere gregis, & quietè in terra vivere. Hæc communis eſt explicatio, de quâ dubitare non ſinunt verſus ſequentes. Alii addunt, contentiones illas etiam ex ſuperbia eſſe ortas, quatenus vile cenſerent ſeſe mulieri ſubmittere.

Cæterum ad ſcrupulum ex præcedente hemiſtichio ortum obſervo, Deboram, poſtquam laudes aliarum tribuum recenſuiſſet, uno quaſi halitu ſubjungere, *in diviſionibus Rubenis magni contentionibus cordis!* Summum hoc arguit ardorem, & in ſtylo prophetico conciſo, magnum addit πάθος. Talia paſſim in Odis Davidicis captata diligens eorum obſervator invenire poterit:

*Verſ.* 16. Non nihil ſeriem implicat vocabulum משפתים. ab aliis convertitur per *duas ſarcinas.* ita *Buxtorfius* in hoc loco,

loco, ut & *Geneſ.* XLIX 14. *Clericus* cum aliis adſumit in utroque loco *clauſtra*: Hoc forte deſumtum ex illo *Miclal Jophi*, ubi exponitur per מערכות וגדרות הצאן. *Gujetius vectes* ad latera jumentorum in ſtabulis ſuſpendi ſolita, quæ iis ſimul ſtabulantibus prohibeant, quominus, quæ ſunt nimis petulca, ſeſe invicem feriant. *Schmidio* indicantur *onera* præſertim *tributaria*. Aliis denique ſunt *chytropodes*. In his omnibus nihil eſt, quod diſertâ auctoritate demonſtratum. Ex his anguſtiis hactenus nemo emergere potuit, quoniam ipſa Radix שפת non niſi in quatuor locis obvia eſt, & quidem diverſo ſub adſpectu, & metaphorâ *Pſ.* XXII, 16. *Eſ.* XXVI, 12. 2. *Reg.* IV. 28. *Ezech.* XXIV, 3. Mirandum ſane ſagacia ingenia nullum in talibus veteris Linguæ defectum deprehendiſſe, ſed magis pro lubitu aliquid exſculpſiſſe, quod feriei utcunque adcommodatum videbabatur. Generalis notio adſumta eſt in *ponendo*, *diſponendo*, *ordinando*. Quod enim quidam convenientiam invenire ſtuduerint cum שבת *quievit* aut שפט *judicavit*, meræ ſunt hallucinationes. *Avenarius* aſſumens primarium *ponendi in cineres* exſculpit Græcum σποδὸς *cinis* & verbum

bum σποδάζω *coquo ſub cinere*. Hoc iterum pigmentum, vel dicam, figmentum. Radix שפה præter noſtrum משפתים reliquit & alterum derivatum שפתים *Pſ.* LXVIII, 14. *Ezech.* XL. 43 aliis ſignificat *ordines*, aliis *lapides focarios*, aliis *paxillos*: alii iterum diverſa excogitarunt, quæ deſcribere non lubet. Ad tenebras haſce discutiendas facem mihi prætulerunt doctisſimæ Cl. *Schultens* adnotationes in Pſalmos, ante viginti ferme annos in Illuſtri Academia Franequerana ſuis auditoribus exhibitæ; ubi vir Magnus ad *Pſ.* XXII, 16. hanc Radicem debita luce perfudit. Verba quædam excerpam. „ *Liquet ex his omnibus*, ait ὁ μέγας, *non habuiſſe viros Doctos, ubi pedem tuto figerent, & proprietatem Radicis cum ſuis derivatis majore lumine indigere: quod ut infundamus, dico* שפת *ex ſuâ natura ſignificare, poſuit ollam in foco, adhibito ferreo, vel lapideo illo ſuſtentaculo, quod alii chytropodem, alii a tribus pedibus tripodem vocare voluerunt. Sic Arabes vim hujus radicis declarant, quos neutiquam fallere clarum eſt ex* 2 Reg. IV. 38. *&* Ezech. XXIV, 3. *ubi adhibetur in abenis ſuper grandi igne collocandis, quod ſine ope talis ſuſtentaculi fieri non poſt. Nihil aliud etiam*

*etiam intelligendum* Pſ. LXVIII, 14. Ezech. XL, 23. *ubi Belgæ dederunt lapides focarios, quod probè ab iis factum eſt, & omnino teneri debet, cum eo tamen, ut forma tricetra,* i. e. *triangularis horum lapidum ſimul teneatur: nam ſic declarant vocabulum hoc Arabes: tres lapides; vel tres ordines lapidum, quibus olla ſuper foco poſita ſuſtinetur,* &c.

Hanc notionem conſervavit Arabum انف, (g) cujus derivata اثفية & اثفية ſignificant *tripodem*, ſive ut exponitur in *Golio*

---

(g) Quum nunc ad manus ſit ipſum *Gjeubarii* exemplar, ſequentia *Philarabibus* adſcribo.
الاثفية القدر والجمع اثافي وقولهم بقين
من بني فلان اثفية خشناء اي بقي منهم
عدد كثير والمثفاة المراة التي لزوجها
سواها امراتان شبهن باثافي القدور
والمثفاة ايضا سمة كالاثافي ازواج
والرجل مثف وثفّيت القدر تثفية اي
وضعتها علي الاثافي واثفيتها جعلت
لها اثافي قال
وصاليات ككما يؤثفين

*Vox*

*Golio*, *chytropodem*, *ollæ ſuſtentaculum*: imprimis *lapidem*, *ſaxumve ei rei inſerviens*: etiam

---

*Vox* أُثْفِيَّة *notat tripodem*, *in plurali* أَثَافِي. *Formula eſt*: *remanſit de filiis* τȣ̃ δεῖνα *tripus aſperæ legionis*, i. e. *remanſit ex illis numerus multus*. مُثَفَّاة *mulier*, *cujus marito duæ aliæ ſunt uxores*, *ſimiles chytropodibus ollarum*. & مُثَفَّاة, *præterea ſignum ad inſtar tripodis*.

*Conjuges & Viri* مُثَفَّف. *In ſecunda ſpecie valet*: *poſuit ollam ſuper chytropodem. item in Quarta, ut in illo.*

*Et carnem torrentes*, *quotieſcunque chytropodi imponerent ollam.*

*Camous* اثفت القدر تاثيفا لغة في ثفيتها تثفية اذا وضعتها علي الاثافي ابو زيد تاثف الرجل المكان اذا لم يبرحه ويقال تاثفوه اي تكنفوه ومنه قول النابغة

ولو تأثفك الاعداء بالرفد ☼

والاثف التابع وقد اثفه يأثفه اي تبعه

*Verbum* أَثَّفَ *in ſecunda cum infinitivo convenit*

etiam ex *luto* vel *ferro factum*, *cui imponitur olla*, *ut commodius ſubdi poſſit*, *& ſubtus conſervari ignis*. Solent quippe *Arabes Scenitæ* tres lapides fere æquales quoscumque ad eam rem componere. Horum deſcriptionem habeas ex illo *Abu Sabr* in *Diw. Hud.*

وغبر وثر طوار حول ملنبد هابي

الرواكد من سفع الذكا سود (a)

Vertente *J. J. Reiske* in notis ad *Thar. Moal.* pag. 45.

*Et pluribus inſtructi pedibus tripodes alienorum pullorum amantes, circa compactum cinerem volitantem, furvi ab ignis ardore.*

Hinc

---

*venit cum* ثفّي *notione imponendi ollam chytropodi. Abu Zeid.* تاثف *in* V^a *conſtitit vir in loco. quum non prodit. hinc idem valet quod* تكنف *circumcinxit. Unde ait Nabega:*

*Et ſi cingant te hoſtes auxilio.*

آثف i. q. تابع *aſſecla.* & أثف *in prima in futuro* يأثفه *idem quod* تبع *ſecutus eſt.*

Hinc اثف cum cognato ثفي nec non وثف ſignificat *impoſuit chytropodi ollam*, & ipſa *olla* vocatur موثفاة. Operæ pretium fuerit Præceptoris mei veſtigia in locis omnibus explicandis preſſiſſe. Recordior a 2 *Reg.* IV. 38. & *Ezech.* XXIV, 3. ubi notio *Tripodis* omnino teneri debet. Narratur in loco *Regum* inter miracula ab Eliſâ perpetrata etiam illud, eum *Gilgalem reverſum*, *cum fames eſſet in ea terra*, & *filii Prophetarum ad ejus pedes ſederent*, (hæc emphaſis eſt verbi ישב de diſcipulis ſedendo docentis ſermonem excipientibus: notante *G. Wallin* in notis ad librum Apocryphum, ſive Hiſtoriam Joſephi Fabri Lignarii pag. 97.) *dixiſſe puero ſuo* שפת הסיר הגדולה *ollam magnam Tripodi impone*, & *coque pultem pro filiis Prophetarum.* In altero *Ezechielis* loco Jehova dicit שפת הסיר שפת *tripodi impone ollam*, *impone.* Hinc explicandum eſt derivatum משפתים *Geneſ.* XLIX, 14. ubi Iſſaſchar vocatur *aſinus corpore validus cubans inter lapides focarios*: ſive *chytropodas.* Innuitur ſervitus, & ignavia. Huc tendit noſter locus, de quo mox. Confer *Pſ.* LXVIII, 14. אם תשכבון בין שפתים *etiamſi jacueritis inter ſtrues focarias*, i. e. ad

ad viliſſimam conditionem fueritis redacti. Idem eſt adſpectus *Pſ.* XXII, 16. ubi introducitur Dominus Meſſias ſic fatus: ולעפר מות תשפתני *in pluverem mortis me velut ad lapides focarios demandas, & omnium mortalium viliſſimum, & ignominioſiſſimum conſtituis.* Hæc ſignificatio tenenda etiam eſt *Ezech.* XL, 43. ubi nullam rationem video, quare *Guſſetius aſſeres* & *Coccejus paxillos* indicari cenſent. Rectius vertit *Junius* & *Tremellius*: *& lapides focarii palmi unius diſpoſiti erant intus circumquaque.* Ad noſtram radicem referri etiam debet derivatum אשפות, quod recte factum a *Scindlero:* notionem tamen *fimeti*, aut *ſterquilinii* non adprobo. Tenenda omnino eſt ſignificatio *chytropodis* in omnibus locis, ubi hoc derivatum exſtat. Reſtat adhuc locus *Eſaiæ* XXVI, 12. alio ex fonte explicandus, quem nobis aperiet Arabum أثف *firmus, conſtans*, a Chytropodis ſtabilitate: & ſpecies quinta تاثف *firmiter occupavit, & inſedit locum:* ab eâdem Metaphorâ. Hinc pondus, ac decus admirabile capiet locus *Eſaiæ. Domine* תשפת שלום לנו *nobis pacem velut chytropodibus ſtabilitam diſpones.* Hæc Chytropodum ſtabilitas attenditur in

loco

loco *Arabſiadis* p. 332. ubi agit de ſepulturâ Tamerlanis ومشي في تشييع جنازته الملوك والجنود حاسري الروس لابسي الثياب السود ومعهم طوايف الامراء والاعيان وانزلوه علي حفيده محمد سلطان في مدرسة حفيده المذكور بالقرب من مكان يسمي رواج اباد وهو موضع مشهور فكان هناك علي اثاف في سرداب معلوم غير خاف *Funeris exequias celebrarunt Reges, & a capite velo ſemoto milites, lugubribus induti veſtimentis, cumque iis Principes & Nobiliores, qui eum, (Tamerlanem) penes nepotem ſuum Sultanum Muhamedem, in ejusdem Collegio ſepeliverunt, non procul a loco dicto Roub Abaad, ubi chytropodibus impoſitus fuit in cryptâ nota, neutiquam occulta* Tranſeo tandem ad locum noſtrum *Judicum*, & amputatis eorum ratiociniis, qui in bonum hæc trahere geſtiunt, ajo, notionem *chytropodum* neutiquam abeſſe poſſe ad indicandam ignaviam, & deſidiam tribus Rubeniticæ, quæ magis foco quaſi inhærere, beſtias, & agrum curare cupiebat, quam ſe Deboræ, aut Barako adjungere. Vertamus itaque, *quare deſides inter lapides*

גלעד בעבר הירדן שכן ודן *Verſ.* 17.
למה יגור אניות אשר ישב לחוף ימים
ועל מפרציו ישכון :

*Verſ.* 18.

---

*pides focarios ad audiendum ſibila gregum: diviſionibus Rubenis magni ſcrutiniis cordis.* Verbum ישב hic ſpeciatim *ignaviam* deſignat. ita *Jerem.* LI, 30. de Heroibus Babelis dicitur ישבו במצרות *deſident in arcibus.* Merito deſidiam in villico caſtigat *Collumella* de re ruſt. L. XII. pag. 777. edit. *Geſneri. curandum eſt, ut nec vagum villicum, & averſum a contubernio habeamus, nec rurſus intra tecta deſidem.*

*Verſ.* 17. Continuatur vituperium in eos, qui domi remanſerant; *Gilhad in latere Jordanis habitans & Dan quare* יגור *apud naves? Aſcher deſidet ad littus maris, & ſuper portubus ſuis quietè habitat. Schmidio* in hoc verſu explicando aqua hæſit: videbat enim nullo modo ſtare poſſe Hypotheſin in præcedenti verſu arreptam, ut deſcribantur nempe laudes. Placuit idcirco hanc Hypotheſin hic deſerere, & verba ad victoriæ commoda adplicare. Adactus fuit verſionem ita concinnare. *Dan cur* יגור *timebit naves?* hoſtiles

*Verſ.* 17. *Gilbad* in latere *Jordanis* habitans, & *Dan* quare degit apud naves? *Aſcher* deſidet ad littus maris, & ſuper portubus ſuis quiete habitat?

*Verſ.* 18.

---

hoſtiles nempe, quæ deprædentur terram ipſius. Huc etiam tendere arbitratur ſequentia: *Aſcher ſedebit ad portum marium, & ſuper rupturis ſuis habitabit.* i. e rurſus ſecurus ad portum maris habitabit, & urbes ſuas diruptas reædificabit, & quiete inhabitabit. Hoc ſane parum habet veriſimilitudinis; ne jam dicam, חוף neutiquam ſignificare *portum*, ſed *litus*: & מפרצים non *diruptas* ſonare *urbes*, ſed *portus*: ut ſupra ex Arab. فرضة ſtabilitum dedi. Cl. *Clericus* & hic ſibi parum ſimilis, verba aliter interpunctanda ſumſit, dans: *Galabaditæ trans Jordanem incolunt, (ut &) Danitæ; cur habitat ad naves Aſer, (cur) conſedit ad portus marium, & in præruptis ſuis rupibus ſedet?* ut a *Schmidiano* illo *timere* redordiar, obſervari debet, hanc notionem eſſe ſecundariam; ortam ex primigeniâ *flectendi, divertendi a via*: ita Arabicum

جار

جـار exponit *Scholiaſtes* ad hunc *Tara-phæ* verſiculum.

عدولية او من سفين بن يامن
يجور بها الملاح طورا ويهتدي

*Adulenſes aut mercatoris illius filii Jamen, quibuſcum remex nunc* יג׳ור *exorbitat, nunc recta tendit.*

יג׳ור يجور يعدل عن القصد ſignificat *deflectit a recto.* Huc ſpectat illud *Haririi Conſ.* IV. pag. 188. لقد جئتم شيأ ادّا وجرتم عن القصد جدّا *profecto rem duram attuliſtis, & vehementer ab æquo, & juſto declinaſtis.* Hæc notio primum apud *Golium* locum occupat, unde proclivis tranſitus factus ad *Tyrannidem*, quæ eſt ſumma ab æquo, & juſto exorbitantia. Hoc palam videre licet in illo *Abil-Phar.* H. D. pag. 509. فكان يضطهدهم ويجور عليهم *male ipſos tractabat, & opprimebat.* Ipſum derivatum جور hinc paſſim cum ظلم adſociatur: videſis *Elmac. Hiſt. Sar.* pag 284. & *Cebet.* pag. 70. فيخطي بذلك الي الجور والظلم *ab æquitate deflectunt ſic ad Tyrannidem, ac iniquitatem:* contrarium dixit *Arabſiades* لا يميلوا الي الجور

الجور والاعتساف *in injuſtitiam, & exorbitantiam neutiquam inclinant.* Audax eſt Metaphora apud eundem p. 64. واسّنل عضب غضبه ونثل جعبة جوره *enſem iræ ſuæ evaginavit, & pharetram Tyrannidis extraxit.* Jam vides credo, illud *timere* nihil aliud eſſe quam *deflectere, divertere* ab aliquo, præ metu. Ab hac Origine dimanavit quoque notio *clientelæ*, quæ paſſim regnat in III^a^. ſpecie, apud *Golium*: *in fidem & clientelam recepit*: nec non in IV^a^, ut in illo Poëtæ

لنا جبل يحتله من نجيره

*Nobis mons eſt, quem inſident, quos in clientelam recipimus.*

Huc ſpectat verſus *Haſſan Ibn Noſchba Adawenſis* in *Mon. Vet. Ar.* p. 20.

نحن اجرنا الحي كلبا وقد اتت لها
حمير تزجي الوشيج المقوما

*Nos in clientelam recepimus tribum Calbitarum, quum eos invaderent Homeiritæ, impellentes fraxinos rigidatas.*

Ipſum derivatum جار hinc pro *cliente* adhibetur in *Diw. Hudail.*

لا تحسبن جاري لدي ظل مرخة

זבלון עם חרף נפשו למות *Verſ.* 18.
ונפתלי על מרומי שדה׃
*Verſ.* 19.

---

*Et ne putes clientem meum brevem arbuſculæ umbram ſectari.*

Tandem Xa. ſpecies pro *clientelam petiit* invenitur *in Alcor. Surat.* IX. 6. وان احد من المشركين استجارك فاجره *quod ſi ex adſociantibus aliquis a te ſecuritatem petat, illi concede eam.* Ex multis pauca exhibui tantum ſpecimina, ut liqueat non injucundum fore ſenſum, ſi hanc notionem etiam in noſtro loco adſumeremus, vertendo: *Dan quare degit in navibus*, vel *quare ibi protectionem, & clientelam quærit?* putatne ſe per ſolam mercaturam fore ſoſpitem, vel num per naves ſibi fugam meditatur? hæccine eſt ratio, ut navibus ita adſideat? Scrupulum non ita magnum movere poteſt ellipſis ℥ ב in voce אניות. Per *Gileadem* autem qui præceſſerat, plerique intelligunt alteram partem tribus Manaſſis. Verum quidem eſt, Deboram in præcedenti *Verſu* 14. laudaſſe Manaſſen, aſt ibi procul omni dubio intelligitur altera ejusdem Tribus pars, cujus pars altera hic domi

*Verſu* 18. *Zebulon* populus, qui animam ſuam habuit contemptiſſimam ad mortem: etiam *Naptbali* ſuper excelſa agri.

*Verſ.* 19.

---

domi manſiſſe dicitur, ſeque penes Jordanem continuiſſe, & non ultra proceſſiſſe: quemadmodum tandem culpatur Aſcher, quod ad littus conſederit, & ad portus navium quietè habitaverit; nam, ut rectiſſime monet *Toſtatus*: *habebat occupationem ſuam circa merces, & morabatur in portubus*, i. e. *in iis locis, ad quæ ſolent de locis extraneis per mare convenire mercatores: babebat enim Aſcher multos portus, quia in ejus ſorte ponitur Tyrus, & Sidon, & magna pars littoris maris Mediterranei, in termino Occidentali terræ Chananæorum, ut patet Joſuæ* XIX.

*Verſu* 18. Lubens fateor, hunc verſum mihi præ reliquis crucem fixiſſe: nam quod connexionem ſpectat, re exactius ponderatâ nihil eſt, quod vituperium perſuadere poſſe videatur. Verba ſic ſe habent זבלון עם חרף נפשו למות ונפתלי על מרומי שדה *Zebulon populus, qui* חרף *animam ſuam ad mortem, etiam Naphthali*

 *li*

*li ſuper editis locis agri.* Illud חרף aliis eſt *devovit*, aliis *abjecit ſe*. *Coccejo*: *contemſit*: i. e. *illuſit*, ut in illo *Terentii* Andr. Act. II. Scen. 1. vſ. 2. *pæne illuſi vitam filiæ*. Pro ſenſu nihil melius. Paucis tamen Originem exponamus, quæ patebit ex collatione Dial Arab. ubi خرف a *Gjaubario* ita exponitur خرف الثمار اي اجتنبها والثمر مخروف وخريف *qui fructus colligit, dicitur* חורף, *isque fructus vocatur* מחורף & חריף. Plura dabit Cl. *Alberti Schultens Commentarius* in *Jobi Caput* XXIX. pag. 802. Ipſum illud خريف pro *autumno*, qui Hebraice חרף, adhibetur apud *Abil-Phar*. H. D. p. 487. وكان الوقت خريفا وتواترت على الروميين الامطار *fuit autem tunc Autumnus, continuis in Rumæos deſcendentibus pluviis.*

Hinc natum adjectivum خريفي *autumnalis* exſtat in *Elementis Aſtronomicis* p. 17. Tandem مخروف explicante *Suckari* ad *Djw. Hud.* pag. m. 176. eſt اصابه الخريف *in quem incidit pluvia autumnalis*. Pulchre hinc illud *carpere* pro *obtrectare* transferunt Arabes, formula ſolemni جني عليه الجناية *carpſit ſuper eo*

*carp-*

*carpturam*, i. e. eum læſit malo. Huc ſpectat illud *Haririi* in *Conſ*. V p 174.

فمهد العذر او فسامح ان كنت اجرمت
او جنيت ۞

*Excuſationem vero admittas, vel etiam condones, ſi quicquam criminis aut culpæ contraxero.*

Simili modo apud *Elmac.* Hiſt. Sar. p 259. وما علمنا ان احد منا جنا جناية اوجبت هذا *non ſcimus quemquam noſtrum delictum aliquod commiſiſſe, quod hoc commeruerit.* Eadem phraſis pro *falſo alicui imputare crimen* adhibetur in opere *Abul'olæ*, cui titulus eſt لزوم ما يلزم

علي الولد يجني والد ولو انهم ولاة
علي امصارهم خطباء ۞

*Filiis crimen falſo imputavit parens, etſi illi urbium præfecti, ſint concionatores.*

Hæc obiter Subductis autem calculis nihil ſupereſt, quam ut verba noſtri loci, in bonum capiantur hoc modo: *Zebulon populus qui contemtiſſimam habuit animam ſuam ad mortem, & Napthali ſuper altitudinibus agri.* Hanc formulam illuſtrat ſimilis

milis uſus verbi بذل *vilis fuit*: (g) hinc de opibus aliiſque rebus contemptè habitis adhibetur. *Arabſiad*. p. 53. وبذلت في ذلك جدّي وجهدي *vilem habeo felicitatem & potentiam meam*. conſ p. 407. hinc بذل المالة *viles habuit facultates ſuas*: pro quo etiam effertur بذل الرغايب apud *Abulfar*. p. 390. & *Arabſ*. p. p. 111. hinc مبذول eſt *vilis*, *abjectus*: ut in illo Adagio اخو الحوائج وجهه مبذول *neceſſitate preſſi vultus eſt expoſitus*, *abjectus omnibus*: nec non in illo ومن العنا صيانة المبذول *etiam moleſtum eſt cuſtodire quod vile eſt*: hinc dicitur بذل نفسه *contemtam habuit animam ſuam*: in *Hiſt*. *Tim*. p. 411. Simili modo ab هان *vilis*

(g) Plura pro illuſtratione protuli in notis ad Carmen *Amralkeiſi* pag. 213. Idem uſus eſt verbi ندب quod & Hebræis נדב in re *militari* adhibitum Dicunt Arabes اندب نفسه *periculo expoſuit animam ſuam*: quaſi *erogavit*. & *impendit eam liberalius*: vide Notas *Al. Schultens* ad Anthol. Hamaſ. p. 310. ita Græci adhibent ſuum παραβάλλεσθαι, unde παράβολοι pro *viris audacibus*: maxime *qui ſe feris objiciunt*.

*vilis fuit*, in VI. Specie dicitur تهاون نفسه *animam ſuam vilem habuit*: i. e. *Sui nullam habuit rationem*. Senſus itaque noſtri loci huc redit: Zebulon & Naphthali præſtantiſſimi illi ſunt, qui ſe omnibus periculis lubentes objecerunt, ſed ſibimet quaſi illudentes ad ultimum usque halitum pugnarunt, in excelſis agri cacuminibus, in monte videlicet Thabor, ubi congregati fuerunt. Doctiſſ. *Schmidius* hæc ſtare non poſſe autumatur; 1° quoniam Debora *Verſ*. 14. tribum Zebulonis jam laudaverat, incluſâ illâ Naphthali. 2°. quia phraſis מרומי שדה in ſacris pro *monte* nullibi proſtat. Coactus idcirco fuit ad victoriæ commoda recurrere: verſione ſic concinnata: *Zebulon populus, devovit animam ſuam ad moriendum, & Naphthali, ſuper altitudinibus agri* ſupple ישון *habitabunt*. Verum huic ſupplemento opponere poſſem expoſitionem Cl. *Clerici* poſteriora in malum capientis, quaſi vellet Debora, Naphthali ſe continuiſſe in altitudinibus agri, & non ita ut Zebulon cum Barako pugnaſſe. Ad prius dubium, quod obmovet *Schmidius*, attendi velim ad illud, quod *verſu* 15 adnotavimus, ubi Debora laudatis tribubus, uno halitu

&

באו מלכים נלחמו אז נלחמו *Verſ.* 19.
מלכי כנען בתענך על מי מגדו בצע כסף
לא לקחו׃

*Verſ* 20.

---

& fervore ſubjungebat vituperium in eos, qui domi remanſerant: quibus palam expoſitis, mirum non eſt, ſi ſtrenuitas tribus Zebulonis & Naphthali ejus menti ita adhuc inſederit, ut, antequam ipſum prælium deſcriberet, quaſi de novo aliquid laudi adjicere coacta fuerit, nominatâ ſimul tribu Naphthali (h) Alterum autem מרומי שדה *excelſa agri* pro *monte* ſcrupulum injicere non potuiſſet, ſi obſervatum fuiſſet Orientalibus nihil eſſe frequentius, quam *alta*, & *excelſa* abſolute vocare *montes*: ita Arabibus شامخ *altus*, ſpeciatim eſt talis *mons*: ut in *Alcorano Sur.* LXXIII 27. وجعلنا فيها رواسي شامخات *& poſuimus in ea montes ſtabiles, ſublimes.* Prius رواسي ſignificat

---

(h) Eſt alluſio ad *Geneſ.* XLIX, 21 ubi *Napthali* comparatur *cervæ* ob celeritatem quæ figura ſæpe in ſacris obvia *Habac.* III. 19. 1 *Chron.* XII. 8.

*Verſ.* 19. Venerunt reges; pugnarunt, tunc pugnarunt reges Canaänis, in Thanach ad aquas Megiddo; fruſtum argenti non acceperunt.

*Verſ.* 20.

---

ficat *firmos*, *immotos*, ſpeciatim *tales montes*, cui ſuccinnit alterum شامخات *alti*, *excelſi*, abſolute *tales montes*: pro priori alias dici ſolet هضاب راسيات in *Except.* ex *Iſpah.* p. 22. pro poſteriori جبال الشامخات in H. D. p. 12. Dubitari itaque nequit, quin Hebræi vigente olim Linguâ, מרומי שדה *excelſa agri*, abſolute pro montibus, collibusque excelſis adhibuerunt.

*Verſ.* 19, Ipſius prælii deſcriptionem auſpicatur hic verſiculus: *Venerunt Reges, pugnarunt, tunc pugnarunt Reges Canaänis, in Thaänach ad aquas Megiddo*: בצע *argenti non acciperunt*: Vocabulum בֶּצַע perperam a LXX. converſum per δῶρον. neque placet aliorum *deſiderium*, aut *lucrum argenti*. Omnino teneri debet *fruſtulum*, *pars reſecta minuta illa* Arabibus بضعة a rad בצע *ſecuit*: ita Græcis κέρμα *ſegmentum* pro *numulo minuto*, *pecuniâ* adhibetur: ut in illo *Ariſtoph.* in *Pluto.* vſ. 379.

Tò

מן שמים נלחמו הכוכבים *Verſ.* 20.
ממסלותם נלחמו עם סיסרא :
*Verſ.* 21.

---

Τὸ στόμ' ἐπιβύσαι κέρμασιν τῶν ῥητόρων.
*Jam rabularum os pecunia probe obturabo.*

Exſpectabant enim, ſe magnam ab Iſraëlitis reportaturos prædam: dicitur ergo emphatice: *ne minutiſſimum quidem nummulum* aut *fruſtum argenti retulerunt*. Auri enim fames licet ſæpe maxima, fragilis eſt & vana. Hoc pulchre depictum ab *Anacreonte* his verſiculis.

Ὁ πλοῦτος εἴγε χρυσοῦ
Τὸ ζῆν παρεῖχε θνητοῖς,
Ἐκαρτέρουν φυλάττων,
Ἵν' ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ,
Λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ.
Εἰ δ' οὐδὲ τὸ πρίασθαι
Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
Τὶ καὶ μάτην στενάζω,
Τὲ καὶ γόους προπέμπω;
Θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,
Τὶ χρυσὸς ὠφελεῖ μὲ;
Ἐμοὶ γένοιτο πίνειν,
Πιόντι δ' οἶνον ἡδὺν,
Ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι,

Ἐν

*Verſ.* 20. De cœlo pugnarunt; ſtellæ ex orbitis ſuis pugnarunt cum Siſera.

*Verſu* 21.

---

Ἐν δ' ἀπαλαῖσι κοίταις
Τελεῖν τὰν ἀφροδίταν.

*Verſ.* 20. *E cœlo pugnarunt : ſtellæ ex orbitis ſuis pugnarunt cum Siſera.* Conveniunt omnes ferme Interpretes, in prioribus verbis נלחמו שמים ſubaudiendum eſſe nomen אלהים, quo innuitur, victoriam non ope humanâ, ſed ſolius Dei, qui cœlum inhabitat ut palatium ſuum, Iſraëlitis ceſſiſſe: verum quid poſteriora illa verba ſignificent, cum fiduciâ nemo determinare auſus eſt. Alii enim concipiunt ſummum ortum eſſe calorem, qui exercitum hoſtilem uſtulaverit, & maxima ex parte perdiderit. Pleriſque ex noſtris Theologis viſum eſt, per *ſtellas* intelligere *angelos*, Dei miniſtros, qui *Job.* XXXVIII, 7. nomine *ſtellarum matutinarum* inſigniuntur. Alii denique ſubſcribunt narrationi *Joſephi Antiq. Jud.* L. V Cap. VI ubi prælium hoc ſic deſcribit: locum exhibuit Cl. *Gerdeſius* in *Veſperis Vadens.* pag. 138. Ζωνήσαν οὖν καὶ προσμιγέντων αὐτῶν, χειμὼν ἐπιγίνεται μέγας, καὶ ὕδωρ πολὺ,

καὶ

נחל קישון גרפם נחל קדומים *Verſ.* 21.
נחל קישון תדרכי נפשי עז :

*Verſ.* 22.

---

καὶ χάλαζα ἅμα τε ὑετὸν κατὰ πρόσωπον ἤλαυνε τῶν χαναναίων ἄνεμος, τύπτων ὄψεσιν αὐτῶν, ἐπισκοτῶν, ὡς τὰς τοξείας ἀχρήστους εἶναι καὶ τὰς σφενδόνας οὔτε ὁπλίταις διὰ τὸ Κρύος χρῆσθαι τοῖς ξίφεσιν οὐκ εἶχον. τοὺς δ' Ἰσραηλίτας ἧττόν τε ἔβλαπτε κατόπιν γινόμενος ὁ χειμὼν, καὶ πρὸς τὴν ἔννοιαν τῆς βοηθείας τοῦ Θεοῦ θάρσος ἐλάμβανον.

Quisque facile videt hominem Judæum nugis ſuis non peperciſſe, ſed multa potius ex cerebro ſuo Judaico exſculpta adjeciſſe, quæ absque auctoritate ſacræ hiſtoriæ neutiquam admitti debent. Nihil temerè in re obſcurâ determinandum, de quâ altum quod ad circumſtantias ſilentium. Certe *ſtellas* hic proprie eſſe ſumendas ipſe contextus perſuadet, qui abſolute poſitus ſic exit: *ex cælo pugnarunt: ſtellæ* (*inquam*) *pugnarunt ex orbitis ſuis.* Nemo hinc elicuerit *ſtellas* ſignificare *fulmina*, *tonitrua*, *grandines*, aliasque tempeſtates. Rem ſub ſigillo Dei clauſam nemo arroganter ſe repperiſſe jactet. Modeſte, quid ſentiam, perpendendum dabo. Puto hanc Hiſtoriam illuſtrari poſſe ex conſimili,

*Verſ.* 21. Fluvius *Kiſſon* everrit eos: torrens *anticipationis* (celerrimus.) Fluvius *Kiſſon.* calcat ſibi anima mea robur.

*Verſ.* 22.

---

ſimili, tempore Joſuæ, ad cujus preces a Deo factum miraculum, quo Sol & Luna in curſu ſuo ſteterint, donec populus ab inimicis vindictam ſumſiſſet. Magnum hoc ſane erat Iſraëlitarum præſidium contra hoſtes, quibus lux negabatur, feliciter decertandi: plane ut in tranſitu per mare rubrum populo Iſraëlitico lucebat columna nubis & ignis; dum econtra Deus Pharaoni ejusque exercitui lucem denegabat. Simili modo, ſed aliis coloribus & circumſtantiis hic rem concipiendam arbitror, ſtellas videlicet modo extraordinario per miraculum Dei noctu perpetuo lucidiſſimas adparuiſſe: donec Siſera cum ſuo agmine proſtratus, & in fugam datus eſſet. Hinc proclive erit cogitare, ipſum prælium ad noctem usque fuiſſe protractum; atque ſic planius & plenius percipere licebit, quomodo ipſæ ſtellæ poſſint dici ex ſtationibus ſuis manum cum Siſera conſeruiſſe.

*Verſu* 21. Tria maxime hic perpendenda.

I. eſt verbum גרף, quod aliis ſignificare creditur *ſubvertit*, aliis *traxit*, *everrit*, *convolvit*: quod poſterius ut ſeriei accommodatius a plurimis receptum. Orationis ſane filum id unice exigit. Deploranda tamen fuiſſet Linguæ Hebraicæ ſors, ſi non relicta fuiſſent monumenta, quibus hæc ſignificatio probari poſſet. Radix enim גרף in reliquiis Biblicis præter hunc locum nullibi comparet relicto uno alterove derivato. Conſuluit idcirco *Ludov. de Dieu* in obſervat. ad h. l. Dialectum Syriacam, ubi ܓܪܦ ſignificat *inundavit*. Hoc uſu ponitur pro Hebraico שטף *Cantic.* VIII, 7. & *Ezech.* XIII, 11.

ܗܐ ܐܢܐ ܡܚܬ ܐܢܐ ܡܛܪܐ ܕܓܪܘܦܐ

*Ecce ego dabo imbrem inundantem.* In Hebræo eſt גשם שוטף. Similiter pro חשף *haurire* invenitur *Eſ.* XXX, 14. Prudens tamen Criticus vix dixerit גרף in Origine ſua idem denotare quod שטף aut חשף. Linguæ fundamenta convellunt, qui nobis hoc convulſum volunt. Conſulenda iterum eſt copia Dialecti Arabicæ, ubi جرف exponitur *verrendo abſtergendoque rejecit*: ſpeciatim de *fluvio* apud *Phi-*

*Phiruzabadium* (i) جرفته السيل *avexit*, vel *convolvendo everrit in totum aliquid torrens:* & ipſum جرف & جرف exponitur: *terram aſportans fluvius.* In *Golio* adjecta eſt & alia gloſſa: *pars terræ ab aquæ fluxu exeſa:* ita in *Alcor. Sur.* IX. *vſ.* 110. *an igitur qui fundavit ædificium ſuum ſuper timorem ex Deo, & beneplacitum ejus, melior eſt:* اسس بنيانه على شفا جرف *an qui fundavit ædificium ſuum ſuper oram terræ ab aquis exeſæ.* Adhibetur præterea pro *re quocunque aquæ fluxu asportata.* Adi *Philoſophum Autodidactum.* pag. 150. وقد عاقه عن ممره ذلك عايق من حجر سقط فيه او جرف انهار عليه ازال ذلك كله عنه *Si impedimentum aliquod ipſius curſum interrumperet, ſive lapis aliquis, qui incideret, ſive aliquod a fluvio delatum, hæc omnia amovebat.* Cernis ſuaviſſimam Lin-

(i) Citat *Gjeubarius* illud Poëtæ.

فان تكن الحوادث جرّفنني
فلم ار هالكا كابني زياد ☼

*Et ſi infortunia me everrant,*
*At non videor perire ut Filii Ziaad.*

Linguarum Harmoniam. Dignus qui legatur Cl. *Vriemoed* in *Obſervat. Miſcel.* L. I. Cap. VIII. de *Magrepha*, *vaſe atrii templi Hieroz.* II. ubi multa ſolide, & docte cogitata reperiri poſſunt. Vertamus itaque *torrens Kiſſon volvendo penitus eos everrit.*

*Ibidem* II. Alterum dubium reſidet in voce קדומים, quæ fluvio Kiſſoni adjungitur. *Coccejus* dat: *torrens anticipationum*, i. e. qui non per intervalla, ſed ſemper fluit. Placuit tamen aliis *torrentem antiquitatum* explicare; vel quia ab antiquo ad id deſtinatus fuit; vel quia in eo patrata ſunt miracula. Huc certe tendit explicatio *Paraphraſtæ Chaldæi*: נחלא דקישון תברנון נחלא דאתעבירו ביה נסין וגבורן מן קדמים לישראל הוא נחלא דקישון *Fluvius Kiſſon fregit eos, fluvius quo facta ſunt in eo ſigna & fortitudines Iſraëli ab antiquis, ipſe fluvius Kiſſon.* Viſum tamen eſt longe plurimis interpretari de nomine proprio ipſius *Kiſſonis*; ita *Rabbini*; ita *Arabs* cenſere videtur, qui tamen litera ד in ר mutata, dedit قرمين *Carmin.* Obſervavit jam Cl. *Clericus*, videri tunc ταυτολογίαν, quam evitare voluit, intelligendo alterum fluvium ipſi

ipſi Kiſſoni vicinum. Speciofior eſt expoſitio *Junii* dantis: *torrens occurſuum*, i. e. ubi exercitus hoſtiles manum conſeruerunt. Hoc illuſtrat Arabum قدم ſpeciatim adhibitum de *occurſu audaci in hoſtem*. Non incommodus etiam eſt Cl. *Schmidii torrens præventionum*, i. e. rapidiſſimus. Alluſio tunc eſſet manifeſta ad præcedens גרף de fluvio omnia convolvente, & everrente. Liberam utriusque optionem relinquimus.

*Ibidem* III. Diſſident Interpretes de formula תדרכי נפשי עז. Perperam *Belgæ* cum aliis vertunt in imperativo: *calca ô anima mea robur*. Tenenda omnino eſt notio Futuri; quare melius dederunt alii: *calcabis ô anima mea*, vel *calcabit anima mea robur*. Qui prius volunt, concipiunt προσφώνησιν Deboræ ad ſemet ipſam, hoc ſenſu: Tu licet mulier debilis, & infirma, tu tamen calcaſti, ſubegiſti hoſtes tuos fortiſſimos, quibus ſuccumbendum videbatur, nihilominus tamen perierunt manu divina: partim per fulmina, tonitrua, grandines, partim per pluvias, quibus torrens Kiſſon ita intumuit, ut exercitum velut ſcopaverit, & hinc illinc everrerit. Aliud tamen pro ſuo acamine tentavit ſummus *Coccejus* ex

אז הלמו עקבי סוס מדהרות *Verſ.* 22.
דהרות אביריו׃

*Verſ.* 23.

---

uſu verbi דרך in *arcu tenſo*, hoc modo; *tendebas anima mea robur invictum.* h. e. *arcu & ſagittis utebaris omnia ſubjicientibus, nempe Deo, & gratia ejus: quem diligendo & invocando excitabas ad auxilium.* Simplicius fuerit verba ſic convertere: *calcabit mihi anima mea robur:* q. d. jam pede preſſo ſubigam ipſum עז *robur* invictum illud a Deo mihi præſtitum: jam ipſos meos hoſtes, qui ſibi videbantur eſſe עז, ego proſtravi & pro viliſſimis mancipiis habui. Si lubet & in præterito vertere poteris *calcavit*, vel *aſſecuta eſt anima mea robur.* De Futuro pro Præterito diximus ſupra. Dedi *aſſecuta eſt:* ex uſu Arabum درك de hoſtibus ſemet invicem adſequentibus. Exemplum hoc ſenſu habeas ex *Hiſtoria Timuri.* ثم ادركه واحتمله والي سلطان هراة المسمي بملك حسين اوصله فبعد ضربه امر بصلبه *Inſecutus eſt eum & aſportavit, atque ad Sultanum Hariæ, dictum Hoſeinum adduxit, eumque verberatum ad crucem condemnavit.* Prius tamen ut fortius retineo.

*Verſu*

*Verſ.* 22. Tunc contuſæ ſunt calces equorum præ curſibus validiſſimis robuſtorum ejus.

*Verſ.* 23.

---

*Verſu* 22. *Tunc contuſæ ſunt calces equorum præ curſibus validiſſimis robuſtorum ejus.* Deſcribitur ſumma confuſio, & conturbatio equorum Siſeræ cum ſuis curribus. Quærunt Interpretes, unde hæc conſternatio orta. Dicam quod mihi ſeries ſubminiſtrat. In ſuperioribus oſtenſum eſt, quomodo Deus per miraculum contra Siſeram pugnaverit ſtellis tota nocte rutilantiſſimum ſplendorem emittentibus. Hinc facile concipi poteſt ipſos equos per inadſuetum hunc ſtellarum ſplendorem, vel potius flammationem in furorem quaſi actos, ſemet contudiſſe. Certe nihil equis naturalius eſſe conſtat, quam per leviſſimas noctu excitatas fulgurationes conſternari, & aut immotos ſtare, aut ut indomitos ſe proripere. Miror Interpretum neminem tale quid obſervaſſe. Hoc abſonum hic nemini accidere volo, maxime quum perpendatur ſumma confuſio totius exercitus, ſic ut equi inadſuetis hiſce motibus ſemet ipſos calcibus impetiverint, easque vehementiſſime contu-

 derint

derint *præ curſibus* videlicet *validiſſimis robuſtorum ejus*. Ea eſt emphaſis repetiti vocabuli דהרות.

Monendum tamen eſt, vocem אבירים aliis ſignificare ipſos *equos* Siſeræ. Hoc ex adjectis סוס & דהרות demonſtratum dedit *Bochartus Hieroz.* Parte I. Lib. II. Cap. VI. Viſum tamen eſt *Guſſetio* in *Commentario L. H.* vocem דהר & אביר transferre ad ipſos *homines*, qui abſolute vocantur *robuſti* : ſenſu ſic conſtituto ; *tunc contuderunt* (*Iſraëlitæ*) *talos*, ceu *poſteriora equorum* (*hoſtium.*) *Saltus fortium ejus* (ſcilicet Naphthali denominati in vſ 18.) *fuerunt plus quam ſaltus equorum* (*hoſtium.*) Talia ſupplementa ſeries admittere non poteſt, quæ abſolute pertinet ad ipſos hoſtes ; quare melius *Clericus* dedit ; *propter crebras curſationes* אביריו *fortium ejus virorum.* Sane אבירים pro *hominibus ſtrenuis* non infrequens in ſacris ; ut *Jer.* XLVI. 15. *Thren.* I. 15. alibi. Non injucunda eſt convenientia, nam אביר non ſimpliciter *potentem* ſignificat, ſed *pennatum*. Nihil aptius ad Bellatorem ſtrenuum, Equum agilem, & Taurum prævalidum pingendum.

Incaſſum laborem me Philarabibus præſtiturum non ſpero, ſi ex Monumentis Orienta-

rientalibus inſignes haſce figuras, quibus potentes Bellatores hodiedum comparant, illuſtratas dedero. Nihil itaque frequentius, quam volucres bene pennatas ad Bellatores, Heroasque ſtrenuiſſimos transferre. Ita *Sjah Manſor* ſuos adloquitur in *Hiſtoria Timuri* pag 54 يا احرار ويا نمور والنسور النغار تحفظوا بضبط الاسرار ولا تغفلوا عنها اناء الليل واطراف النهار فاني ما دمت بعيدا عنكم *O ingenui deſertorum Pardi, bellique Aquilæ, vigilate arcana continendo, nocturnas diurnasque excubias neutiquam negligite: ego a vobis procul non manebo.* Nihil hac figurâ concinnius, nam

Ἔστι δ' Αἰε-
τὸς ὠκὺς ἐν πετανοῖς,
Ὃς ἔλαβεν αἶψα τη-
λόθεν μεταμαιόμενος
Δαφοινὸν ἄγραν ποσίν.

Cumulatum hoc videre licet in illo *Homeri Iliad.* o. 690. ubi de *Hectore* ſic canit.

Ἀλλ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων.
Ἔθνος ἐφορμᾶται ποταμὸν πάρα βοσκομενάων
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων.

Ὡς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρώροιο
Ἀντίος ἀΐξας.

*Sed ſicut avium volucrium Aquila nigra*
*Turbam invadit fluvium juxta paſcentium*
*Anſerum, vel Gruum, vel Cycnorum longa colla habentium:*
*Sic Hector impetu ferebatur recta in navem prorâ cæruleam*
*In adverſum prorumpens.*

Idem captatum in illo *Arabſiadis* pag. 93. ثم اختار من نسور قومه طايفة علي ورد دماء جابيا *elegit populi ſui aliquot vultures, qui in ſanguinem aquatum irent volantes circumquaque.* Tales pinxit idem pag. 132. ubi memorantur اسود هواصر وجوارح كواسر *Leones rapaces: & Harpyiæ oſſifragæ.* Confer *Iſpah.* p. 11. Pulchre *Leones* adjunxit. Omne enim genus ferarum ad talia transferunt Arabes. *Leonis* figuram adhibet Poëta apud *Abulfedam* in *Hiſtoria Univerſali.*

هو الاسد الضاري الذي جل خطبه

*Acer in prædam Leo eſt multo formidoloſiſſimus.*

Egregium eſt illud *Homeiritæ* alicujus in *Mon. Vet. Arab.* p. 15.

كانهم الاسد في عرينهم

*Velut*

*Velut ſi illi Leones forent in denſo luſtro ſuo.*
Hac figurâ nobiles depinxit *Bebramus.* pag. 54.

فنلنك اسودهم تبعي حذاي

*Trudunt ſe Leones eorum ambientes meam ſoleam.*

Decerpamus quosdam floſculos ex horto *Arabſiadis*, quorum odor a capite ad calcem ſe diffundit, p. 49. ubi novum caput ita orditur. وكان في بعض ولايات مازندران رجل يسمي ابا بكر من قرية تدعي شاسبان وكان في الحروب كالاسد الغضوب *Erat in aliqua Mazandranæ ditione vir, cui nomen Abu Becr, oriundus ex civitate Sasjaban, in bello inſtar Leonis iracundi.* p. 57. فجعل يصول لهم صولة الاسد *inſiliit* Sjah Manſor *in eos acſi inſiliret Leo:* p. 59. وطفق تيمور في القلق والضجر والارق لفقد شاه منصور وعدم الوقوف علي حال ذلك الاسد الهصور *Cœpit Timur vacillare, angere, & vigilare, propterea quod Sjah Manſorum deſideraret, nihilque de negotio Leonis iſtius validiſſimi cónſtaret,* pag. 113. والاسود الهصارة والنمور الكرارة

*Erant*

*Erant Leones prædam confringentes, Pardique furibundi.* Confer pag. 99. 72. 122. 191. 211. Agmen claudat illud *Haririi* Conſ. VI. pag 264. *melior eſt mors homini*

ويري السباع تنوشها ايدي الضباع المستضبعه

*Quam ut videat Leones* (i. e. generoſos, nobiles) *vexari manibus Hyænarum* (i. e. ignobilium) *infeſtiſſimis.*

Tales θυμολέοντες non ignoti ſunt ipſis Græcis. Hos ubique inducit Poëtarum Pater. ut *Iliad.* E. 780.

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ῥ᾽ ἵκανον ὅθι πλεῖστοι καὶ ἄριστοι
Ἕστασαν, ἀμφὶ βίην Διομήδεος ἱπποδάμοιο
Εἰλόμενοι, λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισιν.
*Sed quando jam venerunt, ubi plurimi & fortiſſimi*
*Stabant, circum Diomedem equitem*
*Conſerti, Leonibus ſimiles crudivoris.*

Idem de *Trojanis* dicit *Iliad.* O 592.

Τρῶες δὲ, λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισι.

Confer *Iliad.* H. 256. E. 299. K. 297. Λ. 239. M. 299. O. 630. adde illud *Pindari* Nemeon. Od. IV.

Πῦρ

Πῦρ δ' παγκρατὲς θρασυ-
μαχᾶν τε λεόντων
ὄνυχας ὀξυτάτους, καὶ ἀ-
κμὰν δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων.

*Ignem vero omnia vincentem, audaciamque in pugna Leonum ungues acutiſſimos, & aciem horrendiſſimorum, quum cohibuiſſet dentium.*

Nec non *Iſthm. Od.* IV. de *Meliſſo.*

—— τόλμα γὰρ εἰκὼς
θυμὸν ἐρισφαραγετᾶν θηρᾶν λεόντων
ἐν πόνῳ.

*Animoſitate ſimilis eſt audaciæ frementium Leonum ad venandum cum labore.* Melius *Schmidius* θηρᾶν vertit *beſtiarum* conſtructum cum λεόντων. Non abhorret illud *Heſiodi* de Deor. generatione.

Γείνατ' Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα, θυμολέοντα.

*Peperit* Thetis *Achillem prorumpentem per viros, Leonis animo praeditum.*

Manum hiſce figúris imponam contentus addidiſſe illud Poëtæ in *Hiſt. Tim.* p. 318.

فعدوا ذيابا في الاذي وعدوا اسودا
في الشرور

*Mane veniunt graſſando velut lupi, & infeſtant ut Leones male agendo.*

*Verſu* 23.

אורו מרוז אמר מלאך יהוה *Verſ.* 23.
ארו ארור ישביה כי לא באו לעזרת יהוה
לעזרת יהוה בגבורים :

*Verſ.* 24.

---

*Verſu* 23. *Maledicite Meroz*, *inquit Angelus Jehovæ*, *maledicite maledicendo habitatoribus ejus*, *quia non venerunt ad auxilium Jehovæ*, *ad auxilium Jehovæ in fortitibus.* Fruſtra ſemet fatigant Interpretes in inquirendo, quidnam per *Meroz* intendatur. Varias ſententias deſcribere nec lubet, nec opus eſt. Adeatur *Schmidius.* Ex noſtris omnes ferme conſentiunt indigitari urbem vicinam, cujus nomen propter exſecrationem ab Angelo Jehovæ, Deboræ inſpiratam periiſſe creditur. Talia, quæ ſigillo Dei clauſa ſunt, ſcrupuloſe velle inquirere, magis eſt hallucinari, quam ſacra volumina debitâ luce perfundere.

Phraſis *non venerunt ad auxilium Jehovæ* duplici modo exponi poteſt, vel quod non venerint ad auxiliandum ipſi quaſi Jehovæ; qui hujus belli Dux fuerat, & Auſpex: vel quod non venerint ad auxilium Jehovæ; i. e ad exercitum populumque quo Deus utebatur. Hoc illu-

ſtrare

*Verſ.* 23. Maledicite Meroz ait angelus Jehovæ, maledicite maledicendo habitatoribus ejus, quia non venerunt ad auxilium Jehovæ, ad auxilium Jehovæ in fortibus

*Verſ.* 24.

---

ſtrare poſſem ex Arabico غزير *copioſus* ſpeciatim de exercitu, vel militibus. Sæpius apud Hiſtoriographos Arabum legas جنود غزيرة *milites copioſos* pro exercitu numeroſiſſimo inſtar maris videlicet, aut fluvii late patentis. Ipſum Hebraicum עזרה proprie eſt *fluxus abundans*: uno verbo *copia*, & radix עזר non ſimpliciter ſignificat *auxiliatus eſt*, ſed rebus neceſſariis, quibus opus eſt, *adfluxit copioſisſimè*. (k)

*Verſu* 24.

---

(k) Copioſiſſimæ ditionis in Bibliis eſt radix עזר *juvit*, *auxiliatus eſt*, *opem tulit.* Notiones dilucidæ, quas ſenſus ubivis locorum exigit. Tuto acquieſcunt tam Lexicographi, quam Interpretes, acſi omnis lux, qua gaudeat hæc radix in ſuo ſinu interiore, ſatis eſſet expoſita, nullaque gratia aut venuſtas aliunde poſſet adduci ad loca Biblica majori in luce collocanda. Error, qui nimium prohdolor Viros Doctos occupavit, quum hæretur in ſecundariis, absque ut de primaria & genuina virtute cogitetur. Facem prælucebit Lingua Arabica, ubi duplex radix,

quarum

quarum prior eſt عزر *juvit*, cum qua convenit in notione Hebraicum עזר: poſterior غزر, quæ pro origine omnia præſtabit. Id quod in *Golio* exhibitum, e fontibus ipſis depromam. *CAMOUSUS* الغزير الكثير
من كل شي وارض مغزورة اصابها
مطر غزير والغزيرة الكثيرة الدرّ ومن
الابار والينابيع الكثيرة الماء ومن
العيون الكثيرة الدمع. وغزر الشي كثر
والماشية درت البانها والمغزرة ما
يغزر عليه اللبن ونبات ورقه واغزر
المعروف جعله غزيرا والقوم غزرت ابلهم
وقوم مغزر لهم مبنيّ للمفعول غزرت
البانهم والمستغزر من يهب شيا ليردّ
عليه اكثر مما اعطا والتغزير ان
تدع حلبة بين حلبتين وذلك اذا ادبر
لبن الناقة *Vox* עָזִר *adhibetur de re quacunque.* מְעָזוֹר *audit terra, in quam copioſa incidit pluvia.* עָזִיר *item de pluvia multa, veſtigiis, fontibusque aqua copioſis, nec non oculis lacrymantibus.* עָזֵר *res copioſa: & camela copioſi lactis.* מְעָזְרָה *cui lac eſt copioſum; germina & folia. In* IV[a] *ſpecie* אֶעֱזַר *beneficium, pro illud copioſe elargitus eſt.*

*In*

in I[a] *eſt Formula: populus abundat camelis, quem* מְעָזֵר *vocant formâ conſtructa, a formula abundavit lac eorum, & cameli. In* X[a]. *ſpecie dedit rem, ut plus quam dedit, reciperet* in II[a] *prætermiſit mulſionem inter duas alias mulſiones; quod fit, quum poſt relinquitur lac camelæ.*

*GJEUHARIUS* الغَزارَةُ الكَثْرَةُ وَقَدْ غَزُرَ الشيءُ بالضمِّ يَغْزُرُ فهو غَزِيرٌ ومَعروفٌ غَزِيرٌ وغَزُرَتِ النَاقَةُ ايضا كَثُرَ لبنُها غَزارَةً فهي غَزِيرَةٌ ونُوقٌ غِزارٌ والاسم الغَزْرُ مثالَ الضَرْبِ والجمع غُزُرٌ مثل جَزْنٍ وجُزْنٍ وأَغْزَرَ القَوْمُ غَزُرَتْ ابلُهم والتَغْزِيرُ اَنْ تدعَ حَلْبَةً بَيْنَ حَلْبَتَيْنِ وَذٰلِكَ اذا أَدْبَرَ لبنُ النَاقَةِ *Vox* עזארה *copia. in prima ſpecie media dammata, copioſa fuit res: in Futuro* יַעֲזֵר. & *part.* עזיר *quod de beneficio etiam valet copioſiſſimum notum. in* I[a] *lacte abundavit camela, quæ* עֲזִירָה *audit: in plurali* עזאר. *Vox* עֲזֶר *eſt nomen ad inſtar* צרב : *in plurali* עִזֵר. *uti* גֶרֶן & גִרֶן.

*In ſpecie* IVa: *camelis abundarunt homines. In* 2a *prætermiſit mulſionem inter duas mulſiones, quum pone manet camelæ lac.* Exemplis uſus quoſdam illuſtrabo, quibus pateat hanc radicem in ſinu ſuo continere *fluxum copioſum.* Aperte de *aqua Saad Ben Malieh.*

وقال رايت ارض لبست بمحل
ولا سارح منها علي الرعي يشبع ۞
سواء فلا جدب فيعرق جدبها
ولا صابها غيث غزير فتمرع ۞

*Dixit: vidi terram non pluviæ inopem;*
*Nec tamen liberè paſcens inde ſaturabatur,*
*Conſimiliter neque ſterilem; & tamen notabatur ſterilitas:*
*Neque eam compluverat imber* עזיר *copioſus, ut herbaſceret.*

De *aqua* apud *Harir*. Conſeſ. XXVI وطعنت عن وشلها كمبش الازار راكضا منها الي الماء الغزار *ipſius relicta egeſtate* (pr. defectu aquæ) *adſtricto ſuccinctorio abii, ad aquas illas abundantes agili ſaltu accurrens.* Hæc anſa cœpit adhiberi de *munificentia, fluxuque copioſæ benevolentiæ & auxilii.* Apud eundem *Conſeſ.* III. p. 174. ما اغزر وبلك *quam copioſus eſt imber tuus.* item pag. 109. فحينئذ استنسني القوم قيمته واستغزروا ديمته *tum enim vero omnes extollere Viri pretium & prædicare copioſiſſimam ejus pluviam.* Confer quæ pro hiſce figuris Orientalibus dedimus ſupra p. 19. — 23. Nemo, credo, dubi-

dubitabit amplius, quia illa notio *fluxus copioſi* omnino ſit primigenia, unde uſus Hebræorum *juvandi*, *auxiliandi* manarunt Latinorum FLUERE rem illuſtrat, cum ſuo *affluere* pro *abundare*: Unde apud *Ciceron*: *ex hac COPIA atque omnium rerum AFFLUENTIA nata eſt arrogantia.* Forte ipſum *juvare* ſimilem in origine habet ideam. Non adridet *Voſſii* originatio a *nominativo veteri JOVIS*. Ego conjicio a Græco ὕω *pluo* eſſe deducendum, ut *juvare* ſit *appluere*. Illuſtremus quoſdam uſus Biblicos, unde anſa dabitur aliis rem totam per omnia loca deducendi. Aperte ad *copioſum* iſtum *fluxum* alluditur. *Pſalm.* cix. 26. עזרני יהוה אלהי הושיעני בחסדך *juva me Jehova Deus mi, libera me ſecundum benignitatem tuam.* Gravius. *Adflue mihi copioſiſſimo fluxu* —— *pone me in laxitatem ſecundum adfluentiam tuam.* Hoc exprimit vim primigeniam radicis חסד *in uberi fluxu*. *Golius* quidem id non habet in *Lexico*: ſed ipſi Fontes hic conſulendi. Juxta *Camouſum*.

الحشود الناقة سريعة جمع اللبن والتي لا
تجعل قزعا واحدا ان تحمل والجماعة
من الجهد والنصرة والمال كالحشش
وكسحاب الارض تسيل من ادنى مطر او
لا تسيل عن ديمة وواد حشد وعين
حشد لا ينقطع ماوها חשד *eſt camela, quæ cito colligit lac, neque vel tantillum fruſtratur, quamtumvis gravida,* חסד

 *collectio*

תברך מנשים יעל אשת חבר *Verſ.* 24.
: הקיני מנשים באהל תברך

*Verſ.* 25. .

---

*collectio ſtudii, auxilii, opum, uti in* 8a *ſpecie: de nube terræ, quæ aut fluit a propria pluvia, aut non fluit niſi a pluvia continua:* חֶסֶד *vallis; aſt* חֶסֶד *oculus, cujus aqua non abrumpitur.* Confer *Alb. Schultens* notas in *Iſpahan* p. 3. Cum priori loco conſpirat alter *Pſalmi* XCIV, 17. *niſi Jehova* עזרתה *adfluxus copioſiſſimus mihi, ſicut parum quieviſſet, ſiluiſſet anima mea.* hinc verſu 18. *quum dicerem, vacillat pes meus,* חסדך *adfluxus tuus uberrimus, Jehova, fulcivit me. Pſal.* XLIV. 27. *Surge in affluxum noſtrum, redime nos ad reſponſum* חסדך *ubertatis tuæ.* Ipſe *Jehova* vocatur עזרה *Pſ.* XL. 18. Ego עָנִי *miſer* vulgo. verte *ſucco carens, & egenus: dominus mei rationem habet.* עזרתי *auxilium meum.* Verte *ipſa mea copia, qua ſuccum recipio.* Reliqua hinc quisque facile deducere poterit. Hoc unum addo, עזר adhiberi de *auxilio militari* 2 *Chron.* XXV, 8. XXXII, 8. item a *fluxu* illo *copioſo*, plane uti *Arabum* عان in IIIa ſpecie *juvit, auxiliatus eſt*, proprie *manavit, fluxit.* Simile quid obſerves in Arabum ندب, & Hebræorum נדב *agili motu fluxit*: in rebus militaribus, uti notavimus ſupra p. 17. 18. 122.

*Verſ.* 24.

*Verſ.* 24. Benedicatur præ mulieribus *Jaël*, uxor *Cheberi Cenitæ*: præ mulieribus in tentorio benedicatur.

*Verſ.* 25.

---

*Verſu* 24. *Benedicatur præ mulieribus Jael, uxor Cheberi Kenitæ: præ mulieribus in tentorio benedicatur.* (1) Senſus horum verborum facilis, maxime ſi Hiſtoria rite perpendatur. Nulla enim inimicitia externa erat inter Regem Jabin, & domum Cheberi, ſed pax ſuaviſſima. Nihil itaque commodius videri potuit Siſeræ terga vertenti, quam ad eam domum tanquam ad aſylum tutiſſimum, ubi nullum damnum, aut noxam exſpectabat, confugere. Id planius & plenius deſcriptum dedit præcedens caput quartum, cujus brevem ἀνακεφαλάιωσιν hocce Deboræ Canticum exhibet; inſerto ſimul facto ſane admirabili Jaëlis uxoris Cheberi, quæ ſub amicitiæ ſpecie Siſeram excipiens, procul omni dubio eventum hujus belli adſtupeſcens, & in admirationem rapta, ſe ad necem hujus nefarii quaſi adſtrictam ſenſit.

---

(1) De facto Jaëlis, quo jure laudetur, agit *Witſius* Miſc Sacr. Tom. I. p. 352, & *Pheiffer.* in dubiis vexat. p. 342.

מים שאל חלב נתנה בספל *Verſ.* 25.
אדירים הקריבה חמאה :

*Verſ.* 26.

---

ſenſit. Merito ergo laudatur & benedicitur *præ mulieribus: præ mulieribus in tentorio.* Hæc poſteriora breviuſculè concepta duplicem iterum admittere poſſunt ſenſum. *Primo* per ſuppletum pronomen אשר pro *præ mulieribus, quæ ſunt in tentoriis.* Solebant enim Orientales multi in tentoriis per palos in terram adfixis habitare. Ita Arabes *Scenitæ*, & *Neomades* peregrinantes, in campis degebant, erectis hic illic tentoriis. Talia ex ſacris non obſcurè colligi poſſunt. Dein *præ mulieribus in tentorio* poteſt ſignificare tales mulieres, quæ in tentoriis domi ſe continebant. Maximam enim curam in eo ponebant Orientales præſertim Arabes, & Turcæ, qui poſteriores ita *pudicitiæ ſtudent, ut domi concluſas ſervent & abdant, ut vix Sol adſpiciat. Quod ſi in publicum neceſſitas evocet, ita tectas, ita pannis obvolutas emittunt, ut meræ larvæ, aut ſpectra occurrentibus videantur.* Hæc refert *A. Busbequius* Legationis Turcicæ Epiſtola III. p. 168. *edit. novis.* His omnibus tamen Jaël præfertur. Non minor cura adhibe-

*Verſ.* 25. Aquam petivit: lac dedit in cratere nobilium obtulit cremorem lactis. *Verſ.* 26.

---

adhibebatur etiam olim circa virgines. Talem virginem οἰκȣρον, merito cum Poëtâ voces.

Ἦτε δύμων ἔντοσθι φίλη παρὰ μήτερι μίμνῃ.
*Quæ in ædibus charam apud martem manet.*

*Verſ.* 25. *Aquam petivit, lac dedit:* בספל אדירים *obtulit butyrum.* Hactenus Interpretum nemo decidere potuit, quid proprie per ספל intendatur. Variè vertitur. *Arabs* dedit في كاس الجبابرة *in ſcypho Gigantum. Paraphraſtes Chaldæus* vertit בפילי גבריא *in phialis virorum.* LXX. habent ἐν λεκάνῃ ὑπερεχόντων De vocabulo λεκάνη ipſi Græcorum Critici non conveniunt. *Etymologus Magnus* in voce habet: λεκάνη, ἧς τὸ χάσμα ἐςὶ λεῖον. πεπλάτυνται. Scholiaſtes *Ariſtophanis* ad ὄρνιθες vſ. 1143. hæc notat λακάνη δὲ, τὸ κοινὸν, παρὰ τὸ λα ἐπιτατικὸν, καὶ τὸ χαίνω. τὸ δὲ Ἀττικὸν λεκάνη. *λακάνη eſt commune per* λα *particulam intenſivum & χαίνω eſt autem* λεκάνη *Atticum.* Conſpirat *Suidas* in voce. Ex noſtris ferme omnes dederunt: *in ſimpulo*

*pulo magnificorum. Simpulum*, teſte *Feſto* in voce, eſt *vas parvum non diſſimile cyatho, quo vinum in ſacris libatur: unde & mulieres rebus divinis deditæ ſimpulatrices dicuntur*: confer ibi *Dacerii* notas. Summus noſter *Voſſius* in *Etymologico Linguæ Latinæ* originem vocis *ſimpuli* indagans, adduxit Veterum Grammaticorum teſtimonia derivantium a *ſumendo*, i. e. *bibendo*. Hanc tamen originem ut precariam ipſe rejicit recurrens ad Hebraicum noſtrum ספל literâ M interjectâ. Qui talibus delectantur, pro clypeo ſæpe Meduſam inveniunt. Sic imperitorum oculi facile conſtringuntur; periti tamen id genus merito rident. Hactenus enim nihil profectum: manet noſtrum ספל incertum. Præſtaret in talibus ignorantiam potius profiteri, quam vanis ſpeculationibus, & ingenii luſibus ſemet fatigare. Optima eſt admonitio Poëtæ Arabis.

اصمت ففي الصمت منجاة من
الزلل

*Sile: ſiquidem iu ſilentio eſt effugium a lapſu.*

Meri luſus ſunt eorum, qui noſtrum ספל cognationem habere exiſtimant cum פסל *dedolavit*, quaſi ſignificaret *vas dedolatum*,

aut

aut *exſculptum.* Crebrum eſt apud Rabbinos notione *phialæ.* vide *Buxtorf. Lex. Thalm.* Mirum non eſt, ſi in talibus in tenebris palpetur: ipſa enim radix ספל deperdita eſt, relicto tantum noſtro derivato in duobus locis, quorum alter eſt *Jud.* VI, 38. Ego lubens fateor, me hactenus nihil habere, in quo tuto pedem figere licet. Cl. *Stockius* quidem in Lexico propoſuit Radicem سفل Arabicam *inferiori loco fuit.* Nihil tamen pro illucidatione noſtri ספל adjecit: videtur Vir Doctus intendere *vas inferioris fundi:* Res incerta hactenus, neque determinari poteſt, quale vas intendatur an roſtratum, an artificioſe cœlatum, & tornatum poſterius intendi, videri poſſet ex adjecto vocabulo אדירים *magnificorum*, *nobilium*, quibus Cheber potum offerebat, in vaſibus procul dubio pretioſis, & auro obductis. Mos enim erat in Oriente, viris honoratis, aut dignitate eminentibus in talibus ſcyphis artificioſè elaboratis dona obferre. Huc facit verbum קרב *adpropinquavit*, in Hiphil *adpropinquare fecit.* i. e. *obtulit.* id adhibetur maxime de donis a longinquo adferri ſolitis: ita Arabes ſuum قُرْب & قُرْبَان קָרְבָּן

 trans-

ידה ליתר תשלחנה וימינה *Verſ.* 26.
להלמות עמלים והלמה סיסרא מחקה ראשו
ומחצה וחלפה רקתו :

*Verſ.* 27.

---

tranſferunt. Apud *Abil-Phar.* pag. 6. de *Caino* legitur eum قــرب قربــان مــن ثمار ارضه קָרַב קָרְבָּן *obtuliſſe munus de fructibus terræ ſuæ.* Id clare liquet ex *Libro Spurio*, ceu *Apocrypho* de *infantia ſervatoris* p. 16. مجوس وافوا من المشرق الي يروشليم —— وكان معهم القرابين الذهب واللبان والمر فسجدوا له وقربوا له قرابينهم *Magi venerunt ex Oriente Hierozolymas* —— *erantque cum ipſis* קָרְבָּנֵי *munera, aurum, thus, & myrrha, & adoraverunt eum* וְקָרְבוּ לֵהּ קֻרְבָּנֵיהֶם *ſuaque munera ipſi obtulerunt.* Vides illud deſumtum ex *Matt.* II, II.

*Verſu* 26 Multæ nobiliſſimæ figuræ ex intimis Orientis penetralibus hauſtæ in hoc verſu continentur: omnes illas deducere breviſſimi cancelli, quibus circumſcripti ſumus, non permittunt. Paucula tantum delibaſſe impræſentiarum ſufſecerit. Prius hemiſtichium ſic conceptum

*Verſ.* 26. Manum ſuum ad clavem laxavit, & dextram ad malleum fabrorum, & contudit Siſeram, terſit verberando caput, & exantlavit, & trajecit tempora ipſius.

*Verſ.* 27.

---

tum eſt: *manum ſuam ad clavum* תִּשְׁלַחְנָה *& dextram ſuam ad malleum fabrorum.* Verbum illud תשלחנה aliis eſt tertia fœm. futuri cum Parag. נה. *Druſio* poſitum eſt pro תשלח duabus literis ex abundanti additis. Aliis creditur plur. fœm., conſtructum cum ידה pro ידיה *manus ejus extenderunt ſe. Schmidius* ait: *poſſis quidem dicere quod* נה *ſit ſuffixum fœmin. ad* ידה *manum ſuam relatum, cum irregulari punctatione propter verſum, ut ſit* תִּשְׁלַחְנָּה *pro* תִּשְׁלָחֶנָּה *emiſit eam.* Huc etiam inclinat *Clericus* & *Lud. de Dieu* in Obſerv. ad h. l. monens non dubitandum eſſe, quin, ſi ſacer Textus vocalibus careret, ita legendum eſſet. Verſionem itaque ſuam ſic concinnavit: *manum ſuam ad clavum miſit eam.* Vernaculè haere eene hand ſondt zy nae eenen nagel / ende haere rechterhand nae eenen hamer van werkliedeu. Verſio bona eſt; quam tamen vellem, ſartâ

ſartâ tectâ punctatione potius demonſtratam dediſſet. Ego id, quod unicè verum eſſe puto, dabo. Concipienda itaque eſt forma antiqua תְּשַׁלְּחֵן formata per ן paragogicum, cui Vetus Lingua adjicere adhuc potuit ה paragogicum: unde retentis punctis prodit noſtrum תְּשַׁלַּחְנָה. Hæc gemmula eſt antiquitatis quantivis pretii, quâ a פקד non tantum dixerunt Hebræi יִפְקְדֵן & יִפְקְדָה, ſed etiam יִפְקְדֶנָה.

*Ibid.* Pulcherrima eſt gradatio in poſteriori hemiſtichio captata in quatuor verbis הלמה *panxit Siſeram*, מחקה *complanavit caput ejus*, מחצה *exantlavit*, וחלפה *& perhauſit tempora ejus*. Antequam ipſa verba explanem, obſervari velim.

I. Suaviſſimas eſſe paronomaſias, quibus הלמה & חלפה, nec non מחקה & מחצה ſibi invicem ſuccinunt. Ex talibus Linguæ Hebrææ gravitas, dignitas, & elegantia perſpicitur Dabo aliquot ſpecimina a me in ſacris hiſce obſervata, ubi tales figuræ de induſtriâ a Viris Sanctis captatæ. Inſpiciantur loca *Geneſ.* XVIII, 27. *Geneſ.* XLII 35. 1 *Sam.* I, 28. 2 *Sam.* XXIV, 25. *Pſ.* XXVII, 2. *Judicum* V. *verſ. ult.* *Eſ.* XIV, 16 & Cap.

Cap xxiv, 4. His adde, quæ ex *Eſaia* congeſſit *Camp. Vitringa* in Proleg. p. 9., & *Glaſſius* in *Phil. Sacr.* pag. 929. Id genus maxime etiam placuit Latinis. Pulcher eſt luſus *Claudiani* in *Eutrop.* L. I. vſ. 274.

*Tu telas, non tela pati.*

*Senecæ* in *Hippol.* vſ. 400.

*Candidas ales modo movis alas.*

vſ. 506.

*Heic aves querulæ fremunt.*
*Ramique ventis lene percuſſi tremunt.*

Copioſus eſt *Cicero*, ut quum alibi *hoſtem*, & *hoſpitem*, *vindicem*, & *indicem* conjunxit. Quantopere iis delectentur Arabes, nemo, qui vel primis tantum labellis Arabica deguſtaverit, ignorare poteſt. Ipſe enim *Alcoranus*, licet opus omni exſecratione dignum, in eo tamen excellit, ut tales figuras quærat non tantum, verum totus rythmis & reſonantiis ſcateat: obſervante *J. Fabricio* in *Specimine Arabico* p. 167. Ne jam memorem *Haririum*, *Bohadinum*, aliosque Arabum Coryphæos. من البحر قطرة ومن الطود ذرة *ex mari vaſto*, ut ait *Arabſiades* pag. 448. *guttulam & ex alto monte atomum* darem: niſi cymbula in portum navigare

gare cuperet. Inſpiciatur tantum tota pagina 126, *Hiſtoriæ Timuri.* Notetur ejusdem auctoris luſus pag. 47. تاريخ خراب خوارزم عذاب كما ان تاريخ خراب دمشق خراب *Aera vaſtationis Chorazmiæ eſt Adab, quemadmodum Epocha devaſtatæ Damaſci eſt Charab.* Ludit in vocibus عذاب & خراب, quarum prior ſignificat numerum DCCLXXIII. poſterior DCCCIII. Idem notatum ab *J. H. Hottingero* Hiſtor. Eccleſ. Parte V. p. 682.

II. Secundum quod obſervari meretur, eſt verbum מחק. Creditur vulgo idem denotare quod מחה *delevit, abraſit:* hinc apud *Rabbinos* aut pro eo ponitur, aut cum eo unâ ſerie conjungitur. vide *Buxtorf. Lexicon Thalm.* Agnoſcenda iterum Linguæ Hebraicæ anguſtia; nullibi enim præter hunc locum hæc radix comparet. Certe apud *Arabes* محا ſignificat *delevit, abraſit,* ut in illo *Ib'nol Vardi* ومن اكل لقمة من البطيخ كتب الله له الف حسنة ومحا عنه الف سيئة ورفع له الف درجة لانه خرج من الجنة *qui vel buccella e melone comederit, Deus ipſi præ-*

*præmia retribuit*, *& mille ejus peccata* מחה *abolet*, *& mille gradibus ipſum extollit. Prodiit enim ex Paradiſo.* Locus exſtat apud *Olavum Celſium* de *Melonibus Ægyptiis* p. 27. Similiter in *Alcor. Sur.* XIII, 39. يمحوا الله ما يشا *delebit Deus quod voluerit*: & apud *Patricid.* p 61. ويمحا الله ذكره من تحت السماء *delebit Deus memoriam ejus de cœlo.* Pro origine adde & illud ex *Adagiis Golianit* p. 137. محا السيف ما قال ابن دارة اجمعا *delevit gladius*, *quicquid dixit Ibn Dara.* vide *Hiſt. Tim.* p. 25. 34. 61. 97. 131. 319. Hinc liquet, primariam vim ſitam eſſe in *tergere*, *tergendo deradere.* Fieri jam forte poteſt, ut idem contineatur in מחק; quatenus illud *tergere* ſe transferri patitur ad percuſſionem omnia complanantem: ita Latini dicunt *tergere caput fuſtibus.* Hinc in *Golio* محق exponitur *delevit*. ut in *Alcor. Sur.* III. 135. وليمحص الذين امنوا ويمحق الكافرين *ut probet Deus eos qui crediderunt*, *& infideles deleat*: nec non apud *Abil-Phar.* p. 20.

III. Senſum auget adjectum מחץ. id non ſimpliciter ſignificat: *percuſſit*, *fregit.* Sic

Sic anſa daretur adverſariis S. S. culpandi, acſi multa Tautologa, & abſona contineret. Lucem & hic præſtabunt fontes copioſiſſimi Linguæ Arabicæ, ubi مَحْص, مَحْض, مَخْض & خاض proprie ſignificant *haurire aquam commotâ, aut huc illuc jactatâ urnâ.* Oleum, & operam, ut ajunt, perderem, ſi id exemplis ſtabilitum dare mihi in animum inducerem. Id pro me ex Arabum Monumentis demonſtravit Cl. *Schultens* in Libro de *Defect.* p. 69. & ſeq. Adeatur etiam *Commentarius* in *Job. Tom.* I. p 153. Hinc graves ortæ Metaphoræ, quibus illud *haurire* transfertur ad *cædes* & *lanienam*. *Gladius* enim Orientalibus dicitur *haurire ſanguinem*, quum ſeſe altius & penitius immittit. Mirum forte videri poſſet, ſi dixerim, *haſtas* in *Oriente* dici *ſitire* ad ſanguinem effundendum. Huc tamen facit illud *Abul'olæ Mearrenſis*

منى يذمم على بلد بسوط
فقد امن المثقفة النهالا ۞

*Cum clientelæ ſubmittit regionem flagello,*
*Protinus tuta eſt ab haſtis ſitibundis.*

Talem haſtam vocant iidem *lacrymantem*, i. e. ſanguine penitus imbutam: plane ut dixit *Anacreon.* Δα-

Δακρυόεσσαν τ' ἐφίλησεν αἰχμάν

*Lacrymoſam amavit haſtam.*

Inſignis hac de re eſt locus apud *Heſiodum* in *ſcuto Hercul.* vſ. 129.

——— κοίλην δὲ περὶ στήθεσσι φαρέτρην
Καββάλετ' ἐξόπιθεν. πολλοὶ δ' ἔντοσθεν ὀϊστοὶ
Ῥιγηλοί, θανάτοιο λαθιφθόγγοιο δοτῆρες.
Πρόσθεν μὲν θάνατόν τ' εἶχον καὶ δάκρυσι μῦρον.

*Cavam circa pectora pharetram*
*Rejecit in tergum. in hac multæ erant ſagittæ*
*Horrendæ, mortis vocem reprimentis datrices.*
*Hæ a capite quidem mortem habebant præfixam, & lacrymis madebant.*

Placuit præterea Orientalibus gladio adſcribere *gulam* & *jugulum*. *Abul'ola*.

وتبصر فيه للنار اشتعالا
غراراه لسانا مشرفي

*Et vides in eo ignis ardorem.*
*Duæ acies ejus (ſunt) duæ Linguæ Muſrefici (operis.)*

Nota phraſis eſt Hebraica הכה לפי חרב *percuſſit ad os gladii.* pingit hoc gladium voratorem; plane ut dixit Poëta.

تكاد سيوفه من غير سل
تُجد الي رقابهم انسلالا ۞

*Tantum non enſes illius citra eductionem*
*Amputant, ad cervices eorum ſurrependo.*

Verſiculi ſunt ejusdem *Abulolæ* citati in *Hiſt. Tim.* pag. 350 notandum pro تجد, quod *Golius* p. 132. exhibuit, legi تُجد. Res eodem redit. Prius tamen malim ex Codice MS. ubi *Scholiaſtes Tebrezius* hæc adjecit. يقال جد في الامر يجد جدا واجد يجد واجداد Reliqua amputo, & verbulum adhuc adjiciam

IV. De formulâ ſequenti: vulgo vertitur *pertranſivit tempora ejus:* ex ſignificatione verbi חלף *mutavit, tranſivit* &c. gravius quid exigit præcedens מחץ *exantlavit*. Operam promtiſſimam præſtabit Arabum خلف, quod inter alia ſignificat *hauſit*, ceu *hauſtam ſuſtulit aquam*. Synonymum præcedenti verbo apprimè conveniens. Hanc ſignificationem deductam cenſuit Cl. *Schultens* in curſu Radicum, a primaria notione *volvendi, huc illuc convolvendi:* hinc vertit: *& perhauſit tempora ejus;* quaſi

quaſi dicas cum *Homero* Iliad. E. 661.

αἰχμὴ δὲ διέσσυτο μαιμώωσα.

*Cuſpis pertranſiit rapido impetu acta.* Huc facit ſimilis locus *Job.* xx. 24. תחלפהו קשת נחושה *identidem hauriet eum arcus æneus.* Huc refer derivatum מַחֲלָפִים vulgo *cultri mactatorii Eſr.* 1, 9. Verum ſenſus magis exigere videtur *vaſa ſanguini hauriendo apta.* Ab hac ſignificatione *volvendi* evolvere poteris omnes notiones ſecundarias, quas exhibuit *Golius* ſub Radice خلف: qualis eſt 1°. *ſucceſſit in locum.* Hoc obfert *vices volventes*, cum derivato خليفة vulgo *Chalipha*, proprie *ſucceſſionem* dicas *familiæ Chalipharum ab uno ad alium devolventem.* 2°. *reſarſit veſtem.* i. e. *convolvendo innovavt.* Huc tendit *Pſ.* CII. 27. ubi noſtrum חלף transfertur ad *rem veſtiariam.* Locus ita vertendus: *illi (cœli) peribunt, aſt tu perſtabis: ſicut veſtis deterentur, quemadmodum indumentum* תחליפם ויחלפו *volves eos atque denuo volventur.* 3°. notanda eſt & alia Gloſſa, qua Arabum illud خالف in IVa. ſpecie exponitur: *feſellit fidem & exſpectationem.* Phraſis *Alcorano* eſt tritiſſima: ut *Surat.* III, 7. 192.

בין רגליה כרע נפל שכב *Verſ.* 27.
בין רגליה כרע נפל באשר כרע שם נפל
שדוד :

*Verſ.* 28.

---

IX, 78. XIII, 31. XIV, 26. 48. proprie eſt *volvere*, *circumvolvere aliquem* vana videlicet ſpe. Europæis noſtris auribus non abſimile ignotum Hinc pulchre transfertur a Poëta *Gjeuhario* citato apud *G. Guiſium* in ſtupendæ eruditionis opere inſerto *Mijnæ Surenhuſ.* Tom. I. p. 11.

اذا ما السماء لم تغم ثم اخلفت
قرو الثريا ان تكون لها قطر ※

*Cum cœlum nubibus caruit, tum pluvioſus Pleiadum*
*Status expectationem fefellit, ut foret pluvia.* (m)

4°.

---

(m) Ita in Carmine *Caabi*. p 6.

لكنها خلة قد سيط من دمها
فجع وولع واخلاف وتبديل ※

*Sed hæc amicitia, cujus ſanguine mixta eſt*
*Calamitas, & dolus, & fallacia & mutabilitas.*

Notæ noſtræ p. 112. plura pro hoc uſu radicis

*Verſ.* 27. Inter pedes ejus ſe curvavit, cecidit, cubavit: inter pedes ejus ſe curvavit, cecidit, ubi curvavit ſe, ibi cecidit vaſtatus.

*Verſ.* 28.

---

4°. Tandem ſpecies VIII^a. *ultro citroque commeavit*, nihil aliud eſt; quam *volvere greſſus.* Huc facit 1 *Sam.* x 3. וחלפת משם vulgo: *& tranſibis inde.* Gravius: *temet volves inde.* Et ſic in reliquis procedi debet.

*Verſu* 27. *Inter pedes ejus curvavit ſe, cecidit, jacuit: inter pedes ejus curvavit ſe, cecidit, in quo curvavit ſe, ibi cecidit vaſtatus.* Ad motus hoſce violentos pingendos captatam exiſtimo ſeriem verborum absque copulâ. Dicere enim potuiſſet

---

cis dabunt exempla, quibus unum adjicio ex *Hiſtoria Saracenica* p. 207.

اني من القوم الذين الفهم
معتادة الائتلاف والاخلاف

*Etenim ego ſum de populo illo, cui cordi eſt Sapientia & ſumma liberalitas.*

ita legendum & vertendum docet ſummus criticus *Al. Schultens* in ſuo exemplari, ſimul addens *Tebrizium* ad *Hamaſa* docere, proverbio dici ائتلاف اخلاف *de ſumma liberalitate.*

בעד החלון נשקפה ותיבב אם *Verſ.* 28.
סיסרא בעד האשנב מדוע בשש רכבו
לבוא דוע אחרו פעמי מרכבותיו :

*Verſ.* 29.

---

ſet Debora: *curvavit ſe*, *&* *cecidit*, *&* *jacuit.* Pro hoc uſu conferre poſſes *Geneſ.* xxx, 31. Similiter in graviſſimo adfectu dixit Poëta. *deteſtor omnes*, *horreo*, *fugio*, *execror.*

Perpendi meretur verbum נפל: id enim non ſimpliciter hic ſignificat *cecidit*, ſed *cecidit mortuus*: ita conjungitur *Jud.* IV, 22. *ecce Siſeram* נפל מת *proſtratum mortuum*, *&* *paxillus in temporibus ejus*: & Cap. III. 25 abſolute verbum נפל ſic adhibetur *Deutr.* XXI, I. XIV, 10. *fugerunt Rex Sodomi & Hamoræ* ויפלו *&* *ceciderunt ibi*: Optime ad hunc locum notarunt Belgæ, eſſe figuram eorum, qui occiduntur in bello: loca ibidem ſunt adjecta. Confer Præceptoris mei amantiſſimi *Orig. Heb. Tom.* II. p. 144.

Notum eſt Græcum πίπτειν hoc ſenſu apud *Homer. Iliad.* Z. 453.

Ἐν κονίῃσι πέσοιεν ὑπ᾽ ἀνδράσι δυσμενέεσσιν.

*In pulvere ceciderunt ſub hoſtibus.*

Iliad. Θ. 67.

Cφεας

*Verſ.* 28. Per feneſtram incurvata proſpiciebat, & vociferabatur mater Siſeræ, per frigidarium: quare perplexus eſt currus ejus a veniendo, quare tardant inceſſus curruum ejus?

*Verſ.* 29.

Ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν, καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ
Τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο,
πίπτε δὲ λαός.

*Quamdiu quidem tempus matutinum erat, & creſcebat ſacra dies,*
*Tamdiu valde utroſque tela attingebant, cadebatque populus.*

Nec non apud *Heſiodum* in *ſcuto Herculis* vſ. 365.

Πρηνὴς δὲ ἐν κονίησι χαμαὶ πέσεν ἔγχεος ὁρμῇ.

*Pronus autem in pulveribus humi proſtratus cecidit haſtæ impetu.*

Tritius nihil, quam Latinum *cadere* pro *occidi in prælio:* vide *Curtium* L. IV. Cap. I. *docet Sabacem Prætorem Ægypti cecidiſſe in acie* Cap. VI. *cecidere Perſarum, Arabumque circa decem millia.* Pro noſtro loco conferatur illud *Senecæ* in *Hippol.* vſ. 555.

*A fratre frater, dextra nati parens*
*CECIDIT, maritus conjugis ferro*
*JACET.*

*Verſ.* 28. *Per feneſtram incurvata fuit,*

*& exclamavit mater Siſeræ per cancellos, quare perplexus eſt currus ejus ad veniendum? quare retromanent inceſſus curruum ejus?* De ſenſu nullum dubium ſuboriri poteſt: proponitur enim deſiderium flagrantiſſimum matris Siſeræ filium ſuum prædâ onuſtum, & victoriæ laureâ coronatum exſpectantis, & anhelantis. Hocce deſiderium a Debora ſub egregiis figuris, quæ in ſcholis Rhetorum Sarcasmorum nomine inſigniuntur, exhibitum. Circa verba tamen obſervari meretur, שקף, cujus *Niphal*, & *Hiphil* tantum remanſerunt, non ſimpliciter ſignificare *videre*: aliud enim requirit Character conjugationis *Niphal*. Redditum a me eſt, *incurvata fuit*: radix enim שקף hanc notionem debet Arabico سقف. (n) Longe gravior hinc emergit ſenſus deſiderii intenſiſſimi, quo quis non tantum per feneſtram proſpiciens, alicujus adventum exoptat, verum curvando ſe ipſum quaſi præ adfectu feneſtrâ emittit.

De cætero non lubet inquirere in variantes opiniones Interpretum circa voculam אשנב. Vulgo vertitur per *cancellos*,

---

(n) Luculenter hoc evicit Cl. *Schultens*, ex *Camouſo* in Comment. ad *Proverbia* p. 63.

*cellos*, *feneſtram*, & verbum יבב *vociferatus eſt* ex uſu Chaldaico. Prius bis tantum exſtat: hic & *Proverb.* VII, 6. Radix ſtatuenda שׁנב deperdita, quam reſtituit copia Arabum, ubi شنب exponitur, *in quo fuit* شَنَبٌ i. e. *frigiditas interior recentis oris.* Ergo *friguit.* Citat *Scholiaſtes Nabas* ad *Tharaphæ Moall.* hunc Poëtæ verſiculum.

لمياء في شفتيها حوة لعس في اللثات
وفي انيابها شنب ۞

*Nigro ore labiisque, & frigida acuti dentis albedine conſpicua.*

Addatur *Harir. Conſeſ* II. p. 83.

نفسي الفدا لثغر راق مبسمه
وزانه شنب ناهيك من شنب ۞

*Anima mea piaculum eſto pro dentibus, qui ſuaviſſime renident;*
*Quosque ornat recens nitor; O admirabilem tibi illum nitorem!*

Per شنب ibi intelligit *Scholiaſtes* الماء الجاري علي الاسنان او برد الفم والاسنان *aquam fluentem ſuper dentes aut frigus oris & dentium.* (o). Hinc

(o) Ita Poëta in MS.

وضاح الاشنب مبسم دري الثغر
منضده ۞

Hinc אשנב *feneſtra* dicta, quod frigori captando ſit aptata: Vel poteris hic ipſum *conclave*, *frigidarium* intelligere (p).

Poſterius autem יבב ſolitarium in *Pibbel*, aliis *lamentationem lætam*, & *ovantem* ſignificare creditur, ex uſu, ut dixi, *Chaldaico* Mihi ſubnata fuit cogitatio, quam tamen hactenus proferre auſus non fueram, conferendum eſſe Arabicum وب *paravit*, & *expedivit ſe ad faciendum in prælio impetum*: idem quod أَبَّ, quæ Radix in *ſecunda ſpecie* أَبَّبَ, exponitur: *clamavit*, *vociferatus fuit*, *ut qui adoritur hoſtem*. Notio tamen hæc eſt ſecundaria, ducta a primaria *micandi*. Lætus meam con-

---

*Splendens*, *nitidos habens dentes priores*, *fulgens ore bene diſpoſito.*

Alius item.

شنيب الثغر معسول الثنايا

كحيل الطرف وردي الخدود ۞

*Recenti ore*, *lotis dentibus*,

*Nigro oculo*, *roſeis genis.*

(p) Velim ad illuſtrationem perpendi *P. Zornii* diſſert. de Veterum Hebræorum hibernis & æſtivis domibus & diætis in *Muſæo Brem.* Tom. 2. p. 395.

conjecturam auctoritate Magni *Schultenſii* nuperrime hanc Radicem explanantis, ſtabilitam vidi. *Nempe, ait Vir Doctus, emicare dicitur, qui ſe ad prælium parat, vel geſtu, vel vociferatione: hinc jam locus* Judicum *genuinam faciem ſuam & vim recuperavit: non enim depingitur nobis illa ſuperba mater Siſeræ vel ſuſpirans, vel lamentans, ſed ante victoriam triumphum cantans, & filium Victorem e feneſtra proſpectans cum vociferatione illâ quâ devictis inſultabat.* Tandem notetur de verbo בֹּשֵׁשׁ. Creditur poſitum in tertia perſona conjugationis *Pibhel* a rad. בּוֹשׁ. Potius eſt ſpecies *Pobel*, quæ vulgo cum *Pibhel* male confundi ſolet, a radice vel בשש, vel בּוֹשׁ. Incommode Cl. *Clericus* vertit: *cur ejus currum pudet venire?* ſaltem non adjeciſſet, propriam hanc eſſe ſignificationem verbi בּוֹשׁ: *ſed*, ait, *quia quos pudet aliquid facere, ii ſero id faciunt, aut quia pudore ſuffunduntur, qui ſero faciunt, quod citius factum oportuit; ideo etiam MORARI ſignificavit, quo ſenſu alii hunc locum verterunt.* Qui parum in Latino ſermone profecerit, *currus pudefactos* ſibi obtrudi haud facile patietur. Tenebras hasce diſcutit Arabum بـاش *ſtrepitum* ceu *tumul-*

חכמות שרותיה תענינה אף *Verſ.* 29.
היא תשיב אמריה לה :
*Verſ.* 30.

---

*tumultum edidit*, *confuſa fuit turba*. Conferri adhuc debet altera radix cognata يبس יבש *ſiccus fuit*, *exaruit*; oppoſite ad رطب *recens*, *humidum* : ita in *Alcor*. ſæpius. *Sur*. VI. 59 لا رطب ولا يابس *neque recens*, *neque ſiccum*: vide *Epiſtolam Ebn Tophail*. p. 34 90. 145. *Salad*. pag. 272. Hinc vides quid ſit *currus aride perplexus*, qui non procedit, ſed humi quaſi adhærescit. Hæc vis reſtituenda loco *Exod*. XXXII, 1.

*Verſu*. 29. *Sapientes Principum ejus reſponderunt : etiam ipſa reduxit verba ſua ſibi*. Nexus iterum eſt facilis ; nam præcedens verſiculus exhibuit deſiderium flagrantiſſimum matris Siſeræ, quæ jam filii abſentiam mirata, ſuas Principiſſas, ut ita loquar, conſuluit, ſapientiſſimas illas, artibus Aulicis probe inſtructas. Dubium enim non eſt, quin mulier hæc pro more Orientali multas habuerit matronas, quæ gloriæ ejus, & eminentiæ decus adjicerent inſigne. Liquet ex ſequentibus, illas matri Siſeræ de victoriâ fuiſſe adblan-

*Verſ.* 29. Sapientes Principum ejus reſponderunt: etiam ipſa redire fecit ſermones ſuos ad ſe.

*Verſ.* 30.

---

blanditas, multasque vanæ gloriæ phaleras connexuiſſe. *Reſponderunt* itaque; nam quod alii dant *reſpondit illi*, nempe una quæque illarum ſapientum, inde ortum, quod autumaverint תַּעֲנֶנָּה ſingulare, pro תענה אותה. ita enim explicat *Rabbi Salomon* in *Miclal Jophi* ad h. l. כל אחת תענה אותה. Analogia exigit formam pluralem in תעננה per ו epentheticum pro תענינה, literâ י omiſſâ: hoc paſſim in verbis quieſcentibus tertia ה fieri adſolet. Cui volupe eſt, adeat *Inſtit. Gram.* p. 430. vertendum itaque abſque adfixo & *reſponderunt.* Huic reſponſioni adnuiſſe matrem Siſeræ clarum eſt; nam תשיב אמריה לה *reduxit verba ſua ſibi.* Pulcherrima eſt formula השיב אמריו לו *reduxit verba ſua ſibi*, i. e. *ſibi ipſi reſpondit.* Certiſſimam enim Siſeræ victoriam gloriabantur ejus matronæ; qua de re perſuaſa illa ſibi ipſi in animo reſpondit itidem jactabunda, quidni veniret? jam occupati ſunt in dividenda præda, aliisque, quæ ſibi promittebat.

*Verſ.* 30.

*Verſ.* 30. הלא ימצאו יחלקו שלל רחם
רחמתים לראש גבר שלל צבעים לסיסרא
שלל צבעים רקמה צבע רקמתים לצוארי
שלל :

*Verſ.* 31.

---

*Verſ.* 30. Penultimus hicce illuſtriſſimi Cantici verſus continet reſponſionem Nobilium matronarum matris Siſeræ, quæ & huic reſponſo ſuffragium ſuum adjicere voluit. Materia hiſce verbis comprehenſa ſubactum in Orientalibus requirit Interpretem, tum ob locutiones ex intimo Orientis genio depromptas, tum ob antiquitates, ad quas paſſim adluſum. Omnia ſi ad amuſſim penſitare, diſcutere, illuſtrare vellem unius vix diſſertationis ſpatium ſufficeret. Stricturas itaque tantum exhibebo. Verſio ad verbum expreſſa ſic habet. *An non invenient, divident prædam*: (q) *puellam, duas puellas capiti Viri?*

---

(q) Majori luce augeri poteſt radex שָׁלַל, unde noſtrum derivatum שָׁלָל *ſpolium* Cl. *Voſſius* in Etymologico ſuo non ſatis recte calculos ſubducit, dum ait: *ſpolium, unde ſit, rimanti in mentem venit, commodiſſimè deduci a* σπολὴ, *quod Æolicum pro* στολὴ, *hoc eſt amictus, veſti-*

*Verſ.* 30. An non invenient, divident prædam, puellam, duas puellas Capiti Viri; prædam verſicolorum *Siſeræ*, prædam verſicolorum, acupicti collis prædæ?

*Verſ.* 31.

---

*viri? prædam verſicolorum Siſeræ; prædam verſicolorum, acupicti, colorem acupictorum collis prædæ.*

I. Verba

---

*veſtimentum Nec conjecturæ pœnitet. Nam ſpoliare propriè veſtem detrahere:* ϛολὴ *vero eſt a* ϛέλλω, *hoc eſt veſtio, amicio* Rectius dicas a græco σπάω *trabo*, ductum eſſe *ſpolium*, ut proprie ſit veſtis detracta; quæ enim ſpoliantur, trahuntur vi: Idem in origine valet Hebraicum שלל. Apud Arabes سلّ *exuit, extraxit:* de *veſte.* In *Moallakat* Amralkeiſi.

فان تك قد ساءتك مني خليقة
فسلي ثيابي من ثيابك تنسل ۞

*Si vero tibi diſpliceat mea indoles,*
*Detrahe veſtem meam, a veſte tua, ut defluat.*

Hinc ad alios uſus transfertur. de *gladio vaginâ extracto. Abulola* ſupra citatus

تكاد سيوفه من غير سل
تجد الي رقابهم انسلالا ۞

*Tantum*

I. Verba *an non invenient*, *divident prædam*, absque copula poſita magnam habent Emphaſin.

II. Suc-

---

*Tantum non enſes illius citra extractionem*
*Amputant ad cervices eorum ſubrependo.*

Hebraicum שלל ſervavit ſuam vim primigeniam *Ruth.* 11. 16. וגם של תשלו לה מן הצבתים *etiam detrahendo, detrahetis ei de manipulis.* Hæc genuina verſio; licet alii alia cogitarint. Similis uſus eſt Arabi سلب item *prædari*, *ſpoliari.* propriè *trahere*: unde مستلب العقل *ſpoliatus*, *ſeu deſtitutus mente*: uti a שָׁלַל eſt שׁוֹלָל juxta *Rabbinos*: *Mich* 1, 8.

*Ibidem.* Paucis in locis obvia eſt radix רקם notione *Acupingendi*, quæ ex Arabum رَقَمَ lucem capit: uti jam ſubmonuit Cl. *Schultens* in Indice *Geograph.* ad vitam Salad. in voce الرقيم *Errakim*: Notio primaria ſita eſt in *pungendo*: Græcis *στίζειν*: unde *Gjeubarius* habet ad رَقْم i. e. الضرب البرود موشي *ſpecies veſtis ſtriatæ*, & *pictæ*, uti in illo Poëtæ.

لعمري لقد خلّيت عرضك حقبة
فهلا مشيت في العقل والرقم

*Me Hercle reliquiſti exiſtimationem tuam per annum,*
*Et num incedis veſte ſtriata & picta?*

II. Succedant ſequentia רחם רחמתים. Vertunt plurimi *puellam* (*aut*) *duas puellas* ſuppleta particula או. Hoc certe commodius, quam illud *Schmidianum puellarum*, i. e. aliquot puellas, nam רחמתים eſt Duale. Verum quæritur, unde notio *puellæ* in רחם ſuccreverit? Cenſet *Druſius* a ſignificatione *uteri*, quæ & in רֶחֶם ineſt, puellam ſic denominatam per contemtum ex illo פטר רחם *apertura vulvæ*. Huc forte tendit etiam illud *Belgarum* in notis dantium **boellien**. *Guſſetius*, & ex eo *Stockius* nomen illud repetit a *loco fœtus concipiendi*. Longe aliter iterum calculos ſubduxit *Schmidius* aiens: *forte ita dicitur puella, quia parci puellis in bello ſolet ob ſexum & ætatem*. Tandem Cl. *Coccejus* in *Lexico* exhibet *amabile quid*: Radix enim רחם in Lexicis exponi ſolet in Kal *intime dilexit*: addunt quidam *ex intimis viſceribus*; quod Græcis eſt σπλαγχνίζεσθαι: ſed hoc palam ductum ἀπὸ τῶν σπλάγχνων. ita רֶחֶם *uterus* peperit notionem *diligendi intime*, in radice רחם. Originem recludit Radix Arabica رخم, quæ apud *Golium* in gloſſâ quartâ exponitur: *le-*

M *nis*

I. Verba *an non invenient*, *divident prædam*, absque copula poſita magnam habent Emphaſin.

II. Suc-

*Tantum non enſes illius citra extractionem*
*Amputant ad cervices eorum ſubrependo.*

Hebraicum שלל ſervavit ſuam vim primigeniam *Ruth.* II. 16. וגם של תשלו לה מן הצבתים *etiam detrahendo, detrahetis ei de manipulis.* Hæc genuina verſio; licet alii alia cogitarint. Similis uſus eſt Arabi سلب item *prædari*, *ſpoliari.* propriè *trahere*: unde مستلب العقل *ſpoliatus*, *ſeu deſtitutus mente*: uti a שלל eſt שולל juxta *Rabbinos*: *Mich* 1, 8. *Ibidem.* Paucis in locis obvia eſt radix רקם notione *Acupingendi*, quæ ex Arabum رقم lucem capit: uti jam ſubmonuit Cl. *Schultens* in Indice *Geograph.* ad vitam Salad. in voce الرقيم *Errakim*: Notio primaria ſita eſt in *pungendo*: Græcis στίζειν: unde *Gjeubarius* habet ad رَقْم i. e. الضرب البرود موشي *ſpecies veſtis ſtriatæ*, & *pictæ*, uti in illo Poëtæ.

لعمري لقد خلّيت عرضك حقبة
فهلا مشت في العقل والرقم

*Me Hercle reliquiſti exiſtimationem tuam per annum,*
*Et num incedis veſte ſtriata & picta?*

II. Succedant ſequentia רחם רחמתים. Vertunt plurimi *puellam* (*aut*) *duas puellas* ſuppleta particula או. Hoc certe commodius, quam illud *Schmidianum puellarum*, i. e. aliquot puellas, nam רחמתים eſt Duale. Verum quæritur, unde notio *puellæ* in רחם ſuccreverit? Cenſet *Druſius* a ſignificatione *uteri*, quæ & in רַחַם ineſt, puellam ſic denominatam per contemtum ex illo פטר רחם *apertura vulvæ*. Huc forte tendit etiam illud *Belgarum* in notis dantium boelken. *Guſſetius*, & ex eo *Stockius* nomen illud repetit a *loco fœtus concipiendi*. Longe aliter iterum calculos ſubduxit *Schmidius* aiens: *forte ita dicitur puella, quia parci puellis in bello ſolet ob ſexum & ætatem*. Tandem Cl. *Coccejus* in *Lexico* exhibet *amabile quid*: Radix enim רחם in Lexicis exponi ſolet in Kal *intime dilexit*: addunt quidam *ex intimis viſceribus*; quod Græcis eſt σπλαγχνίζεσθαι: ſed hoc palam ductum ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου. ita רֶחֶם *uterus* peperit notionem *diligendi intime*, in radice רחם. Originem recludit Radix Arabica رحم, quæ apud *Golium* in gloſſâ quartâ exponitur: *le-*

 *nis*

*nis ac tener ſubtiliſque fuit ſermo:* ac *tali ſermone fuit puella:* cum derivato رخيمة *facili lenique ſermone puella.* Hoc plane eſt noſtrum רַחַם cum altero fœmin. רַחֲמָה, unde exiſtit Duale רַחֲמָתַיִם. Verbulo tactum ab *Hottingero* in *Smegm. Orient.* pag. 194. Jam vero nihil notius, quam veteres, puellas leni ſermonis ſuadâ adblandientes captaſſe, easque in prælio victores factos rapuiſſe. Huc facit locus *Horatii* Lib. I. *Ode* XXIX. ad *Iccium*

*Icci, beatis nunc Arabum invides*
*Gazis, & acrem militiam paras*
*Non ante devictis Sabææ*
*Regibus, horribilique Medo*
*Nectis catenas: quæ tibi Virginum*
*Sponſo necato barbara ſerviet?*

III. לראש גבר *Capiti viro.* Eſt *Arabiſmus* ſolemnis, quo dicitur راس الغنم *Caput gregis* pro *pecus de grege unum:* ſic راس ماعز *caput capri* eſt *ipſe caper.* Hinc ſagaciſſime illuſtravit olim Cl. *Schultens* in *Obſ. Phil. Pſalmum* CXXXIX. 17. conferatur *Deutr.* XXXII. 42. מראש פרעות אויב *a capite comarum inimici.*

*inimici.* Inſpiciantur Doctiſſimæ Cel. *Venemæ* notæ. Hinc explicare adnitor Hebraicum גלגלת itidem *caput*, *cranium. Exod.* XVI. 16. XXXVIII. 26. *Num.* I. 2. 18. 20. 22. III. 47. Simili modo *caput*, pro ipſo *homine* frequentant Latini. Exempla, quæ ad manum erant, dediſſem: niſi Vir ſummus ومتفنن في العلوم *& in omni ſcientiarum genere clarus*, Præceptor meus ad rogum colendus, *J. Van Den Honert*, in notis ad Emblemata *A. Ruimig Tom.* I. p. 643. id adſtruxiſſet. Ex Græcis habeatur illud *Æliani* V. H. Lib. XII. c. VIII. ἐπώμνυεν οὖν, εἰ κατάσχοι, πάντα σὺν τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ πράττειν.

IV. שלל צבעים לסיסרא שלל צבעים רקמה צבע רקמתים *Præda verſicolorum Siſeræ, præda verſicolorum acupicti, verſicolorum acupictorum ab utraque parte.* Lubet parum inſiſtere mori Orientalium indagando. Nihil enim apud Arabas, Perſas, aliosque vicinos populos æſtumatius erat veſte variis coloribus interſtincta, auro, floribusque, artificioſiſſime acupicta. Talibus veſtibus induti erant Reges, bellique Duces eximii. Audiatur *Nuweirius* de Feſto Per-

 ſarum

ſarum dicto *Mibrgiân*. Locum exhibuit *Golius* in notis ad *Alferganum* p 25.
وكان مذهب الفرس فيه ان تدهن
ملوكهم بدهن البان تبركا وان
يلبس الغصب والوشي ويتوج بتاج
عليه صورة الشمس وحجلتها الدايرة
عليها *Mos Perſarum eo feſto fuit, ut reges ipſorum oleo balanino in benedictionem inungerentur. Induebat Rex ſubtilem & variegatam veſtem, cidari ornatus, ſupra quam imago ſolis, conſtricta ambiente orbe.* Conſulatur etiam *Thomas Hyde* de Religione veterum Perſarum pag. 158. Cum talibus veſtibus *orationem* comparatam videas apud *Haririum* in *Conſeſſu Cufenſi* p. 156. ثم انه نشر من وشي
السمر ما ازري بالحبر *Dein explicuit ex confabulationis ſuæ copia picturata, quod veſtes variegatas Jemanicas in contemtum adduceret.* Ut adpareat, quomodo iis veſtibus delectentur Turcæ, adſcribam lepidam narrationem ex *Busbequio* p. 32. *Fere ſolis induſiis, ſive interulis veſtiuntur. Ea linea ſunt, filo haud ſubtiliore, quam quo apud nos ſacci texuntur: ſed multiplici acus pictu-*

*ra*

*va variis coloribus rudi*, & *ridendo opere elaborata. Quo tamen mirum in modum ſibi placent. Itaque cum noſtra induſia intuerentur, tametſi ex præſtantiſſima tela; tamen mirari ſe aiebant tantam in nobis modeſtiam, quod ſimplicibus nullo colore, aut operis variatis induſiis uteremur.* Perſis itidem placuiſſe tales veſtes docebit illud *Æliani de Anim*, L. V. c. 21. apud *Briſſonium de Regno Perſ.* L. II. p. 552. ubi de pavone ſic loquitur. δεικνὺς φιλοπόνως τὸ τῆς πτερώσεως πολύμορφον, ὕπερ τὴν τῶν Μήδων ἐσθῆτα, καὶ τὰ Περσῶν ποικίλματα, τὴν ἑαυτοῦ στολὴν ἐπιδεικνύμενος. *gemmatiorem, variamque magis, quam ſint Medorum, Perſarumque veſtes, ſuam ſtolam ambitioſe admodum & elate oſtentans.* Hinc legere eſt de *Perſis* apud *Curtium* L. III. Cap. III. *Purpureæ tunicæ medium albo intextum erat. Pallam auro diſtinctam aurei accipitres, velut roſtris inter ſe corruerent, adornabant.* vide L. IV. C. I. Hinc ad Græcos, Romanosque tranſiit hic veſtitus. Conſulatur de his Cl. *Schroederi Commentarius de veſtitu Mulierum Hebr.* Cap. XIV. §. VIII. & ſeq.

V. Majoris itidem indaginis eſt לְצַוְּארֵי שָׁלָל. LXX. dederunt: τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ σκῦλα.

כן אבדו כל אויביך יהוה *Verſ.* 31.
ואהביו כצאת השמש בגברתו ותשקט
הארץ ארבעים שנה :

---

*Arabſ.* علي اعناق المتنهبين *ſuper colla prædantium.* Belgæ voor de buyt-halſen. quod duplici modo ab iis explicitum. Ex noſtris Interpretibus ferme omnes exhibent : *collis prædæ.* Non nihil tamen in explicando ſemet torquent. Commodum itaque viſum eſt quibusdam לצוארי שלל per Ellipſin vocis אַנְשֵׁי exponere *ad colla* אנשי *virorum ſpolii*, i. e. *ſpoliantium.* Figura, quæ hic latet, ſublimior eſt, quam ut absque ope Dialectorum ab Interpretibus intelligi potuerit. Solent enim Orientales *collum* ad varia transferre. Hoc liquet ex Arabum رَقَبَة (r) itidem *collum*: Exſtat

---

(r) Ipſum illud رقبة valet *mancipium*; *ſervum*, uti quum dicunt تحرير الرقبة *manumiſſio ſervi.* Hinc in *proverbiis* Imperatoris Ali noſtro *Caabo* adjectis p. 91. exſtat ضرورات الاحوال تذل رقاب الرجال *inopia temporum ſpernit colla virorum.*

*Verſ.* 31. Sic peribunt hoſtes tui omnes, *Jehova:* aſt qui ipſum diligunt, ad inſtar ſplendoris micantis ſolis in robore ſuo. Et tranquilla fuit terra quadraginta annos.

---

ſtat apud *Golium* phraſis رقاب المزاود *Barbari*, ſeu *externæ Gentes*. Melius vertere petuiſſet Vir Doctus: *colla perarum viaticarum*, i. e. tales qui illas humeris portant: intellige puta *ſervos*, *mancipia*, *fecem viliſſimam*: hinc pro *Barbaris*, & *externis gentibus* adhiberi poteſt, quas tali nomine inſignire ſolent *Arabes*. Sentis ſenſum noſtri loci egregium, quaſi dicas: Tanta erit prædæ copia, ut non tantum unusquisque ſibi caperet puellam: ipſe Siſera cum ſuis Ducibus veſtes præſtantiſſimas verſicolores: ſed & ipſi ſervi, mancipia, quæ prædam humeris bajularent, ſibi haberent itidem prædam verſicolorum acupictorum.

*Verſ.* 31. Devoluti tandem ſumus ad ultimum Deboræ Cantici verſiculum, qui

continet clauſulam hoc modo conceptam. *Sic pereant omnes hoſtes tui, Jehova, ſed amantes eum, quemadmodum micat ſol in robore ſuo. Et quievit terra, quadraginta annos.* Multum laboraſſe video Interpretes in Apoſtrophe, quæ concipitur ad Deum, in voce אהביו *amantes eum*, mutata ſecunda perſona in tertiam. Alii hoc incommodum evitare ſtudentes, affixum ו referunt ad *populum*: ita *Druſius*, aiens *hoſtes Dei eſſe hoſtes populi.* Plura alia, quæ cogitarunt Viri Docti, recenſere non lubet. Eſt & alius Viri cujusdam Docti conatus locum olim ſic vertentis. *Sic peribunt omnes inimici tui, o Jehova* ואהביו *& ô! diligentes eum* כצאת השמש בגברתו *quando exibit Sol in robore ſuo*: vel *quando procedet Sol in potentiâ ſuâ.* Fraudi fuit rarior uſus, quo affixum tertiæ perſonæ pro ſecunda adhibetur. Non deſunt tamen exempla, quæ ſcrupulum injectum levént. Simile eſt illud ex *Fabulis Locmanni* pag. 26.

اسود في يوم نزع ثيابه واقبل ياخذ الثلج ويعرك به جسمه فقيل له ما ذا تعرك جسمك بالثلج فقال لعلي ابيض

ابيض فاتي رجل حكيم قال له يا هذا لا تتعب نفسك *Niger die quodam exuit veſtes ſuas, incepitque accipere nivem, eaque corpus ſuum fricare. Dictum autem ei fuit, quare fricas corpus tuum nive? ait ille: Fortaſſis albeſcam. Venitque vir quidam ſapiens, qui dicit ei, ô* הוא *tu, ne afflige te ipſum.* يا هذا *o ille*, pro يا انت *o tu.* Similiter *Harir. Conſ.* VI. pag. 198. قال انه قرن مجالك وقرين جدالك واذا شئت فرض نجيبا وادع مجيبا لتري عجيبا فقال له يا هذا *At ille, hic equidem eſt, qui tecum nunc in paleſtram deſcendit, & velitationem contra te iniit. Quod ſi lubeat, experire ſtrenuum, & provoca reſponſaturum, ut videas admiranda. Tum alter heus tu.* In Arabico proprie eſt *heus ille.* Arcem itaque rei paucis adgrediamur. Dicitur in genere de inimicis hiſce, & ſimilibus Dei כן אבדו *ſic pereant*, i. e. ſic crucientur, diris, incommodis, tormentis adficiantur, ut

 Siſera

Siſera per manum & potentiam tuam fuit turbatus & propulſus. Imo ſic pereant a facie tua absque ulla ſpecie reditus in æternum, plane ut Siſera fato ſuccumbere debuit diriſſimo. Verum e contra *qui diligunt te*, *micent*, *quemadmodum micat Sol in robore ſuo.* Supra p. 28 dixeram, me ad explicationem hujus commatis loca exhibiturum, quæ primigeniam illam notionem radicis יצא, quæ Arabibus eſt ضاء & وضي, ſtabiliant. Adhibetur ſæpiuscule de *igne*, unde *Golius* primo loco exhibet: *luxit*, *micuit* ignis, cum derivato ضوء *lux* ſpeciatim *auroræ*: ut in carmine *Ibn Hagiâs*, quo laudat *Regem Adlodaulum* apud *Golium* in notis ad *Alferganum* pag. 38.

لنارها في السماء لسان عن نورها ضوء
الصبح ينطق ۞

*Igni illius in cœlum lingua, præ ſplendore ſuo lucem auroræ prædicant.*

Item in *Alcor. Sur.* II. 16. مثلهم
كمثل

كمثل الذي استوقد نارا فلما اضات ما حوله ذهب الله به *Similitudo eorum qui ſtuduerunt accendere ignem, ſed poſtquam emicuerit, aufert illum Deus.* paulo aliter verſ. 19. يكاد البرق يخطف ابصارهم كلما اضاء لهم *parum abeſt, quin fulgur eorum oculos rapiat, quotieſcunque emicuerit illis.* De *Sole* adhibetur in hoc Adagio في القمر ضياء والشمس اضوا منه *in Luna lumen, at lucidior Sol eſt.* Veriſſimum hoc dictum eſt, nam præter alia, ut ait *Aſtronomus Alferganus* p. 103. شمس تضي نصف كرة الارض *Sol illuſtrat quoque dimidium globum terræ.* Rectiſſime itaque dicitur יצא שמש *emicuit Sol*, i. e. *ortus eſt:* ut *Geneſ.* XIX. 23. Optime pro noſtra mente vertit *Vulgatus: ſicut Sol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent:* commode enim יצאו ſuppleri poteſt. Eximia ſane hæc eſt comparatio amatorum Dei cum Sole, qua innuitur, eos ſplendere lumine cæleſti & donis ſpiritualibus in hac & futura vita, ubi erunt quemadmodum Sol

בגברתו

בגברתו in *robore ſuo:* i. e quando ſtat in ſummo ſplendore, in meridie lucentes, ut totidem ſoles, ſtellæ & luminaria rutilantia præ ſplendore Solis Juſtitiæ: Reliqua hinc facile deduci poſſunt.

# F I N I S.

OBSER-

# OBSERVATIONES PHILOLOGICÆ IN CANTICUM MOSIS ET FILIORUM ISRAEL.

## EXODUS XV.

Occaſio, qua hocce Canticum conſcriptum, petenda eſt a mirâ populi Iſraëlitici liberatione e manu *Pharaonis*, qui Iſraëlitas toties vexaverat. Deus quippe, qui *El Gibbór* audit, herosque ille magnus, ſuam manifeſtare volebat gloriam; populum ſuum vindicando, hoſtesque ad unum omnes internecione delendo. Imponit idcirco *Moſi*, ut populum per eam ducat viam, quam monſtrârat ipſe: non eo quidem animo, ut *Pharaonis* inſultus effugeret, ſed ut eum adſequeretur ad illum usque terminum, ubi Lethale damnum ei totique exercitui foret infligendum, uti factum revera: ipſe enim *Iſraëlitas* magno inſtructus agmine perſequitur; & quidem ita, ut quum veniſſet propè Iſraëlitas,

*Verſ.* 1. אז ישיר משה ובני ישראל את
השירה הזאת ליהוה ויאמרו לאמר אשירה
ליהוה כי גאה גאה סוס ורכבו רמה
בים :

*Verſu* 2.

---

litas, & utrique exercitus una metâ diſtarent, animus populo decideret. Exitium videbatur evitari non poſſe: aſt Deus miraculum ſuæ omnipotentiæ patraturus jubet Moſi, ut mare, cui prope aderant, virgâ dirimeret, ſicque mari per ventum Orientalem exſiccato, via plana foret: Ita ex anguſtiâ iis dabatur exitus: Eunt per mare pedibus, idque videns *Pharao*, nihil mali olfaciens, eodem tramite cum ſuâ caterva pergit eo usque, ubi Deus ſtragem absque manu humana edere conſtituerat: totus enim exercitus turbatur: aquæ redeuntes eum obtegunt, ſicque omnes ut plumbum fundum petere cogebantur: Caſus hicce extraordinarius percrebuit ubivis locorum, atque in Oriente manſit in vigore ad hunc usque diem. Ipſe enim *Muhammed* ejus meminit in *Alcorano*. Apertè in *Surata*, quæ inſcribitur *Jonas*; ubi inducit querentes Iſraëlitas, quibus Deus reſpondet verſ.

*Verſ.* 1. Tunc cecinit *Moſes*, & filii Iſraëlis hocce canticum *Johovæ*, & dixerunt affatim: Canam Jehovæ, quoniam glorioſe ſe magnificavit. Equum & adſcenſorem ejus præcipitem dedit in mare.

*Verſ.* 2.

---

verſ. 8º. قال قد اجيبت دعوتكما فاستقيما ولا تتبعان سبيل الذين لا يعلمون : وجاوزنا ببني اسرايل البحر فاتبعهم فرعون وجنوده بغيا وعدوا حتي اذا ادركه الغرق قال امنت انه لا اله الا الذي امنت به بنوا اسرايل وانا من المسلمين *Dixit: jam exaudita eſt oratio veſtra; recti ergo eſtote, & ne ſectemini viam illorum, qui ignorant. Et traduximus filios Iſraël per mare, & inſectati ſunt eos Pharao, & exercitus ejus violenter, & hoſtiliter; donec apprehendit eos ſubmerſio. Dixi: credo, quod non ſit Deus, niſi ille, in quem credunt filii Iſraël, & ego ſum ex Moslimis* Confer *Surat.* XVII. 103. XX. 74. XXVI. 67. XLIII. 54. XLIV. 17.

*Verſ.* 1. אז ישיר משה *tunc cecinit Moſes.* In Hebraico quidem eſt *canet* in Futuro: nam obſervante *Aben Esra* במשפט לשון

לשון הקדוש לומר לשון עתיד תחת עבר עם מלת אז *mos eſt linguæ ſanctæ, ut cum dictione* אז *futurum pro præterito obſervetur.* Loca hujus uſus cum אז dabit *C. Cartwright* in Electis Targumico Rabbinicis, ſive Adnotat in *Exod.* ad h. l. Adde ſequentia. In Cantico *Deboræ Jud.* v. 1.. 13. & abſque אז vſ. 8. יבחר אלהים חדשים *elegit:* proprie *eliget Deos novos.* Confer quæ ibi notata. Poteſt ſub hocce tempore *Futuri* includi perpetua celebratio, quam vel ipſe Moſes, vel ejus verbis poſteritas effunderet: nam etiam *filii Iſraelis* dicuntur *cantaſſe* שיר הזאת *Canticum hocce*, quod merito de omnibus fidelibus, utpote Iſraële ſpirituali dici poteſt.

Argumentum Cantici incipit hiſce verbis. *Canam Jehovæ* כי גאה גאה סוס ורכבו רמה בים LXX *ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν glorioſe glorificatus eſt, equum & conſcenſorem præcipitavit in mare.* Summa eſt emphaſis in vocibus גאה גאה: unde *Rabbini* varia elicuerunt. *Jarchius* dat explicationem ex *Targum. Quia admodum excelluit ſuper omnia cantica, & quicquid in illo (Deo) laudavero, ei aliquid addi poterit, nec (Deus laudatur) juxta menſuram Regis humani, cui (homines ſolent) tribuere laudem,*

*laudem, quæ ei non convenit.* Quod de *canticis* dicit, non approbo: ſed quod ſupra reges terrenos laudetur, bonum eſt, ſed id non poteſt elici ex reduplicatione g, גאה. In MS. *Breithaupti* additur in notis. pag. 501. לשין כפול לומו שעשה דבר שאי אפשר לעשותו לבשר: *eſt ſermo iteratus ad indicandum, quod (Deus) fecerit rem, quam nullus homo poterit facere:* Ideo videlicet, quia Deus *equum*, & *ſeſſorem* perdidit, quum homo tantum ſeſſorem poſſit vincere. Egregia expoſitio Judæis digna. Nota eſt ſtructura Hebræa: *magnificando magnificavit ſe:* id eſt, ſummam gloriam oſtendit; nam גאה a Cl. *Coccejo* determinatur de *erectione ſui ſupra communem modum.* Lumen addit Arabum غبي i. q. نصب *erexit vexillum:* a غاية *vexillum.* Hinc phraſis in *Golio* غايا فوق راسه بالسيف اظلوه *erexit ſuper caput ejus gladium, quo eum obumbrarunt:* nam غاياية eſt *nubes obumbrans.* Hinc גאה de *elatione ſuperba.* Deus itaque oſtendit ſe eſſe magnum illum Heroëm, qui ipſe vexillum erexerit contra Pharaonem, ejusque agmen, ut in eo emicaret ejus majeſtas, ſummaque gloria. Id revera factum: ipſum

 enim

*Verſ.* 2. עזי וזמרת יה ויהי לי לישועה
זה אלי ואנוהו אלהי אבי וארממנהו :

*Verſ.* 3. . .

---

enim *equum* סוס collectivè ſumtum, & *adſcenſorem* רכבו *projecit in mare.* Verbum רכבו Arabibus رمى hic ſingularem uſum habet, qui in *Golio* proſtat: ارمى in ſpecie IVª valet: *dejecit de equo.* dicitur enim Deus primo projeciſſe *equum*, & mox *adſcenſorem*, nempe equo dejectum in mare præcipitaſſe. . . .

*Verſ.* 2. Eadem verba in *Cantico* populi Iſraëlitici vide *Eſai.* XII. 1, 2. Materia Cantici ponitur in *ſalute a Deo allata*, in ejusque *robore.* Pulchra eſt obſervatio *Camp. Vitringæ* in Comm. vocabulum עוז non tantum ſignificare *robur*, ſed & *laudem.* 1 *Chron.* XVI. 27. *Pſ.* XXIX. 1. Id etiam applicat contextui *Eſaiæ*, vertendo: *Jehova eſt laus mea & Canticum*: plane uti *Judic.* V. 21. הדרכי נפשי עז *aſſequere o anima mea robur.* i. e. auge laudem: majora cane. Perpendit hanc in rem *Pſ.* VIII, 3. *ex ore infantum, & lactentium fundaſti robur.* LXX Interpretes habent αἶνον *laudem*: coll. *Math.* XXI. 16. Lubens

*Verſ.* 2. Robur meum & Canticum *Jah*, & fuit mihi in ſalutem: hic eſt *Deus* fortis meus, & faciam ipſi habitaculum decorum, Deus patris mei, & exaltabo eum.

*Verſ.* 3.

---

Lubens hanc expoſitionem ibi admitto, licet in locum *Judicum* plane non quadret.

Non omnibus æque clarum, quid ſibi velit illud. ואנוהו *ideo parabo ei habitaculum pulchrum.* Græcus Interpres ſenſum exprimit vertendo: *δοξάσω αὐτὸν*; plane uti habet *Judæorum* verſio Germanica. ich will beſchonen ihn / quaſi eſſet a נאה, uti notat *Starckius* in Obſ. Puto, a plurimis conjunctam eſſe duplicem radicem, נאה *pulchrum*; *decorum eſſe*, & נוה *habitare*: unde ortum *facere habitaculum pulchrum*: explicante *Chaldæo*: *ædificabo ipſi ſanctuarium.* Lumen pro hiſce radicibus circumſpicio. Quum verſio LXX viralis vertat *δοξάσω*, incido in hanc cogitationem, id forte petitum ex *Arabia*, ubi ناء in III[a] ſpecie valet: *certavit cum alio*: *ſe oppoſuit illi adverſando* vel *gloriando*. Aliud tentat Vir Rever. mihique amiciſſimus *T. Scheltinga* in Comm. ad *Habac.* p.

 170.

*Verſ.* 3. יהוה איש מלחמה יהוה שמו

*Verſ.* 4. מרכבות פרעה וחילו ירה בים
ומבחר שלישיו טבעו בים סוף:

*Verſ.* 5.

---

170. ex Arabico ذوى *intendit*, *propoſuit ſibi quid.* unde vertit: *Hic Deus meus, ideo proponam eum mihi* laudandum ſcil. Non audeo determinare Latet aliud cum tempore ab acutis ingeniis indagandum: quibus anſam cogitandi ex Arabum ذاو porreximus.

*Ibid.* Præcedunt duo vocabula זה אלי *hic Deus fortis meus.* A Viris Doctis oſtenſum Ebræorum זה, æque ac *Græcorum* & *Latinorum* ἐκεῖνος *ille*, ut & Arabum هو Hebr. הוא pro *nomine* ipſius Dei ſæpe ſumi. Luculenter hoc præſtitit Cl. *Vriemoet* in Diſſ de *Schiloh.* pag. 141. & ſeq. ideo hunc ipſum locum adducens.

*Verſ.* 3. Ad איש מלחמה notat *Jarchius.* איש מלחמה בעל מלחמה כמו איש נעמי וכל איש ואישך מתורגמין בעל וכן וחזקת והיית לאיש לגבור, *Vir belli idem eſt quod* בעל *dominus belli, uti* איש *Dominus Naëmi, atque omnes dictiones* איש & אישך *lingua Chaldaica vertuntur* בעל; *ſic quoque*

*Verſ.* 3. Jehovä Vir belli: Jehova nomen ejus.

*Verſ.* 4. Currus Pharaonis, & copias ejus projecit in mare, & lectiſſima pars præfectorum ejus pacti ſunt in mare algoſum.

*Verſ.* 5.

---

*in illo loco: & conforteris & ſis* לאיש i. e. לגבור *fortis.* Varias locutiones dabunt Lexica ſub איש & בעל. E. G. איש דמים *Vir ſanguinum.* i. e. *ſanguinolentus* איש דברים *Vir verborum.* i. e. *eloquens, facundus.* איש האדמה *Vir terræ*: i. e. *agricola*: איש מכאבות *Vir dolorum*: i. e. *afflictus.* Similia ſub בעל: uti בעל כנף *dominus alæ* i. e. *alatus.* בעל אף *dominus naſi*: i. e. *iracundus.* Idem illuſtrabit Arabum ذو. dicunt ذو الاموال *dominus divitiarum.* i. e. *dives.* ذو الاذعار *dominus terrorum.* i. e. *heros* ذو الحقايق *dominus veritatum.* i. e. *præditus recto judicio & ſcientia.* ذو المجاعة *dominus inediæ.* i. e. *eſuriens.* Aliaque complura.

*Verſ.* 4. Vox מבחר cum ſuo בחיר collective ſumpta valet *partem ſelectiſſimam* juvenum, qui rei militari præ aliis ſunt idonei. Non omnibus æque nota eſt vis

vis primigenia radicis בחר *elegit*. *Eligere* eſt compoſitum ex *ex* & *legere*. Pro origine conferendum Arabum نخب cum ſuo نجب: in VIII^a. ſpecie انتخب *elegit meliores partes, delectum habuit, emedullavit oſſa*. Omnia a *findendo, diffindendo*. Vide Cl. *Schultens* Clav. Dial. p. 195. Sequens שלישין a LXX verſum per τριστάτας: explicat *Schol. Vetus*. τριστάτας, τρίτης μοίρας ἄρχοντας, ἢ κατέχοντας ἐν χειρὶ τρεῖς λόγχας. Non idem ſentiunt omnes, quare ita denominati illi præfecti. Sequentia deſcribam ex *Bocharti* Hieroz. Tom. I. p. 172. *Sunt, qui Moſis ætate trigas fuiſſe colligunt ex eo, quod curruum ἀναβάται Hebr. vocantur* שלישים *Exod.* XIV, 7. *&* XV, 4. *nomine facto ex* שליש, *quod tres ſonat, Græci* τριστάται *reddunt, id eſt, ſi credimus Græcis Scholiis in Ezech.* XXIII, 23. τοὺς ἐπὶ τριῶν ἵππων ἐποχοῦντο, *eos, qui tribus equis inſidebant: veteres enim, cum ad bellum proficiſcebantur, tribus equis vehebantur. Alii* שליש *aut* τριστάτας *dici volunt, quod tres in curru ſedebant; quorum* ὁ μὲν ἡνιόχει, ὁ δὲ ὑπερησπιζεν, ὁ δὲ ἐμάχετο *unus aurigam agebat, alius clypeo protegebat, & tertius pugnabat. Ita Origenes & Gregorius Nyſſenus. At Arabs in Paraphraſi*

*phraſi* I *Reg.* x, 29. وكان المركبة سنة مائة مثقال لان المركبة اربعة افراس تشند جميعا ويجلس عليها اربعة رجال للحرب *& erat currus ſexcentorum ſciclorum, quia currus conſtabat ex quatuor equis ſimul conjugatis, & ei inſidebant quatuor viri ad pugnam.*

Ad verbum טבעו obſervat *S. Jarchi* אין טביעה אלא מבקום טיט *non uſurpari niſi de loco lutoſo.* uti *Pſ.* 69, 2. ביון מצולה טבעתי *demerſus ſum in luto profundo*: & *Jerem.* 38, 6. ויטבע ירמיהו בטיט *& demerſus eſt Jeremias in luto.* Hoc viam ſternit origini hujus radicis indagandæ, quæ ſita eſt in *pangendo.* Hinc Gloſſæ *Golianæ* ſub طبع in ordinem redigendæ: 1° *obſignavit ſigillo* a derivato طابع Hebræis טבעת *annulus*, qui vel *digito*, vel *ceræ lutoſæ* impingitur, & imprimitur. 2°. *cudit pecuniam, monetam* i. e. *pangendo ſignavit.* 3$^{io}$ *deſes* & *ignavus fuit*: *prop. pactus, oppactus in luto.* Huc ſe transferri patitur Hebræorum יחל *morari*, ab Arabum وحل *demerſus fuit in lutum molle, & tenue.* Plura dabit *G. Kuipers* ad Carmina *Ali* pag. 166 illa notio *appingendi* noſtro loco decus addit: Deus quippe ita præ-

*Verſ.* 5. תהמת יכסימו ירדו במצילת כמו אבן׃

*Verſ.* 6.

---

cipitavit exercitum, ut fundo adhæſerit ad inſtar illius, cujus pedes luto appacti, ut emergere nequeat.

Ratio, quare illud *mare* dicatur ים סוף *algoſum* & *Apoſtolo Paulo* ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, hæc eſt: tum ob *algæ copiam*, *cujus acervi prope litora montium inſtar aggeſti*, & *continuo ſolis ardore conſtipati*, *adcolis*, *qui a piscium eſu Ichthyophagi nominantur*, *ædium uſum præbent*. Aſt *rubri* denominatio varie a V. D. exſculpitur. Forte optima illorum eſt ſententia, qui idem deſignari volunt, ac *mare Idumæum*, ab *Eſavo*, cui & *Edom* nomen. Legendus eſt *Herm. Witſius* in *Oeconomia fæderum* p. 732. 733.

*Verſ.* 5. Vocabulum תהום reliquit veſtigia ſuæ radicis apud Arabes conſervatæ تهم *attonitus fuit*: ut *abyſſus* ſit dicta, quod ſua *profunditate attonitos* reddat *homines*. Ita *Stockius* in *Lexico*. Illud *attonitus* utique eſt ſecundarium a *tonando*. Vis primaria radicis הום ſita in *æſtu intenſius fervente*; ut *abyſſus* ſit *gurges æſtuans*: & *attonitus fuit* valeat *vertigine æſtuans*.

Poteris

*Verſu* 5. Abyſſi veſtiverunt illos, deſcenderunt in profundum, ad inſtar lapis.

*Verſ.* 6.

---

Poteris etiam deducere ab הום *turbavit*. Arab. هام proprie item *æſtuavit*. Illud תהמות *abyſſi* meraphorice venit ſæpe pro *calamitatibus*, *infortuniis*, *adverſis*: uti *Pſ.* XLII. 8. תהום אל תהום קורא *abyſſus ad abyſſum clamans*. juxta plurimos una calamitas inſequitur aliam. *Pſ.* LXXI, 20. ומתהומות הארץ תשוב תעלנו *& ex abyſſis terræ me denuo elevas*. Formula eſt orientalis, quam exemplis ſtabilitam dabo. Ita non nemo in *Hamaſa*.

اذا خام اقوام تقحمت غمرة
يهاب حمياها الالدّ المداعس ☼

*Quum refugiunt omnes, irruo ego in gurgitem mortis,*
*Cujus fervidiusculam formidat indomitus quoque pugnator.*

Alter.

لا يكشف الغماء الا ابن حرة
يري غمرات الموت ثم يزورها ☼

*Non diſcutit molem mali, niſi nobiliſſimus quisque,*

*Qui cernit gurgites mortis, dein viſitat illos.*

*Caab Ben Zobeir* in ſuo *Panegyrico.*

لا يقطع الطعن الا بنحورهم
ومـا لهم عن حياض الموت تهليل

*Non findit confoſſio, niſi ſola illorum jugula,*
*Neque a lacubus mortis ullum iis refugium.*

Diwan Haderat.

ونخوض غمرة كل يوم كريهة

*Gurgitem transvadabimus omni die horribilem.*

*Ibidem.* Verbum כסה eadem hic gaudet poteſtate qua *Pſ.* LXXVIII, 53. ואת אויבהם כסה ים *& hoſtes illorum operit mare*: Tenenda idea *veſtis*: tritum enim eſt de *veſte tegente*: unde variæ ortæ Metaphoræ. *Abyſſi* hic pinguntur quaſi *veſtes*, Pharaonis *copias* tegentes. hinc etiam valet *condonare peccata*, quaſi *veſte injecta abſcondere*. *Pſ.* XXXII. 1. 2. Illa notio *veſtiendi* regnat copioſiſſimè ſub Arabum كسى vide *Alcoran* Surat. II. 253. 261. IV. 4. V. 91. XXIII. 14. Pulchrè Poëta in vetuſtis Arabiæ Monumentis p. 13.

وكسونا

وكسونا البيت حرّم الله
ملاء مقصّبا وبرودا

*Et veſtivimus domum, quam ſacro ſanctam*
*fecit Deus,*
*Sindone ſubtiliſſima, veſtibusque ſtriatis.*

*Abulfeda* de vita Muham. p. 14. qui locus ad illuſtrationem prioris omnino conferendus.

وكانت تكسي القباطي ثم كسيت البرود

*dein Caaba alba ſindone Ægyptiaca circumveſtita fuit, tum veſtibus variegatis & ſtriatis cooperta.*

*Ibidem.* Sequentia ירדו במצולת *deſcenderunt in profundum uti lapis* paucis illuſtranda. Verbum ירד, uti quilibet ſentit, hic ſumendum notione primaria *aquatum eundi*; uti Arabes ſuum ورد paſſim adhibent. *Zoheir* in tertia *Moallakah.*

فلما وردن الماء زرقا

*Quando deſcendimus in aquam limpidam.*

Plenius & planius per omnia dabunt Cl. *Alb. Schultens* Origines Hebr. Tom. I. p. 191. ſeq.

Illud מצולה de *profundo maris* exſtat. *Pſ.* LXVIII, 23. *Neh.* IX, 11. *Job.* XLI. 22.

*Verſ.* 6. ימינך יהוה נאדרי בכח ימינך יהוה תרעץ אויב׃

*Verſ.* 7.

---

22. *Jon.* II, 4. alibi. Radix iterum deperdita, ſed reſtituenda eſt ex Arabum copia: ubi صال eſt *ſæviit vehementi impetu*: uti *Behram Gjaur*.

اقول له لما فضضت جموعه
كانت لم تسمع بصولات بهرام

*Dixi ei, quum fracta diſſipavi agmina ejus,*
*Itane inquam inaudiveras vehementias Behrami.*

*Haririus* Conſeſ. III. p. 152.

به يصول من حوته صرته

*Eo ferocit, cujus crumena eum clauſerit.* In *Hiſtoria Timuri* p. 57. فجعل يصول بهم صولة الاسد *coepit in eos inſiliret.; ac ſi inſultaret Leo.* pag. 115. ولا زالت سلاهب المنايا تجوب وتجول وضراغم السرايا تصوب وتصول *neque ceſſarunt haſtæ fatorum ſecare, & circumgyrare. & Leones cohortum graſſari, & inſultare.* Hinc מצולה propriè valet *profundum vehementius æſtuans.*

*Verſ.* 6.

*Verſ.* 6. Dextra tua, Jehova, ſe magnificavit, in robore, dextra tua, Jehova, quaſſavit hoſtem.

*Verſ.* 7.

---

*Verſ.* 6. De nihilo non eſt, quod ימין & כוח conjungantur; nam Arabum يمين exponitur per قوة *robur.* Deo tribuitur *dextra* i e. potentia, quæ hominibus maxime ſita eſt in *manu*, quam *dextram* vocamus. Illud נאדר eſt *Niphal* Radicis deperditæ אדר. Nulla loca Biblica origini inveniendæ anſam porrigunt, nec *Golius* ſub ادر ſuccurrere poſſe videtur. Cl. *Schultens* in Lexico, quod Auditoribus exhibet, notat ad hanc radicem: *Nobis certiſſimè liquet, & conſtat, ſignificationem ejus propriam ſitam eſſe in tumore ſeu elatione tumida; unde tranſlatio facta fuit ad magnificentiam regalem: eodem plane ductu flexuque, quo Græcum* κῦδος *item magnificentia, gloria, decus excelſum, productum fuit* ἀπὸ τοῦ κύειν, *quod eſt tumere: unde & alio adſpectu* κῦμα *fluctus tumens, aliaque nunc non perſequenda. Ab illo autem* κῦδος *propagatum verbum* κυδαίνω, *quod cum noſtro verbo, & origine, & ſecundaria poteſtate ſuaviſſimè conſpirat. Habent Græci adhuc*

*alium*

*alium tumorem in vocabulo* ὄγκος *itidem tranſlatum ad magnificentiam, gloriam, dignitatem, gravitatem, præter alias quam plurimas notiones ſecundarias, quas mittimus: ad noſtrum enim nunc ſcopum ſufficit verbum* ὀγκοῦσθαι *&* ἐξογκοῦσθαι, *quod frequentari amat in ſupremo gradu regalis alicujus majeſtatis & magnificentiæ.* hinc locum *Zachariæ* XI, 13. אדר היקר vertit Vir magnus ὄγκος οὗ βάρους *magnificentia pretii!*

*Ibidem.* Paulo longiores eſſe licebit in illuſtranda radice רעץ duobus in locis obvia, quorum alter *Judic.* X, 8. Omnia Lexica habent *confringere, opprimere.* Nihil certi in his ſimilibusque, quæ copia Linguæ Latinæ cuivis ſuggerit. Inſpiciamus fontes ſub Arabum رعص: *GJEUHARIUS.* الارتعاص الاضطراب قال الاصمعي يقال ارتعصت الحية اذا ضربت فلوت ذنبها مثل تبصبصت قال العجاج

انّي لا اسعي داعيه ۞

الا ارتعاصا كارتعاص الحية ۞

רעץ *in ſpecie octava concuſſus fuit. Dicit Aſmæus, adhibiberi de ſerpente, quando icitur & torquet caudam ſuam. uti* תבצץ. *ait Poëta*

Ego

*Ego non curram ad petitionem,*
*Niſi quatiendo, uti ſe torquet ſerpens.*

*CAMOUSUS* الرعص النغض والنهز والجذب والتحريك كالارعاص وترعص تلوي وانتغض والسعر غلا والبرق اعترص والجدي ظفر نشاطا والرمح اشتد هزازه. *Verbum* רעץ *eſt quaſſavit, movit. traxit. idem in quarta ſpecie: in* V. *torſit, & quaſſatus fuit: & cari pretii f. annona: nec non de fulmine quaſſante, & hædo ſummæ alacritatis, & haſtâ graviſſimæ concuſſionis.* Liquet ex his omnibus, originem ſitam in *concuſſione vibrante.* Eadem vis ſe præbet conſpiciendam ſub رعش *tremuit, trepidavit* uti in *Hamaſa Iſpahanenſi* قالوا وانما سمي يرعش للارتعاش كان به *narrant eum nomine Jaraaſch (Tremuli) adfectum ob tremorem corporis, quo laborabat.* Idem ſub رعس & رجس *tonuit coelum, concusſumque fuit cum valido fragore:* unde apud *Abulfed.* vit. Muh. pag. 3. قال لما كانت الليلة التي ولد فيها رسول الله صلعم ترجس ايوان كسري *eadem nocte, inquit, qua natus eſt Apoſtolus Dei, ſubito motu concuſſum fuit palatium Keſræ.*

*Verſ.* 7. וברב גאונך תהרס קמיך
תשלח הרנך יאכלמו כקש :

*Verſ.* 8.

---

*Keſræ.* Nec non ſub رجز in V[a] ſpecie & رجد in I[a] *tremuit, terriius ſuit.* imo & ركض & ركس uti inter alia notat *Gjeubarius:* الرجس والركس רֶכֶשׁ & רֶגֶשׁ idem eſſe: Illuſtremus aliquot loca Biblica, ubi Hebraicum רעש noſtro רעץ vicinum, obvium eſt. De *cœlo* apud *Joëlem* II, 20. רעשו שמים *cœli cum vibramine quatientur.* *Hagg.* II. 6. אני מרעיש את השמים *Ego cum fragore concutiens cœlos.* De *haſtâ* apud *Jobum* Cap. XLI, 20. *tanquam ſtipula reputantur tundens clava, & rudit ad vibrationem haſtæ.* Talis *haſta* Arabibus audit رعاس. Pro רגש *Tumultuari Pſ.* II, 1. למה רגשו גוים *quare tumultuantur gentes?* Gravius: *fremunt cum concuſſione.* Reliqua hinc quilibet per omnia loca deducet.

*Verſ.* 7. Ulterius deſcribit Dei *magnificentiam* in *ſubvertendis hoſtibus.* Adhibetur verbum הרס *deſtruere*: in *Lexicis*, ſed ex fonte primigenio: *contundere vehementius*

*Verſ.* 7. Multitudine excellentiæ tuæ contundis illos, qui erga te inſurgunt: laxas furorem tuum, commedit eos tanquam ſtipulam.

*Verſ.* 8.

---

*mentius* apud *Arabes*; unde مهراس eſt *mortarium* in quo res *contunditur* & هريس הָרִים *contuſus*. Adplicetur *Pſalmo* LVIII, 7. אלהים הרס שנימו בפימו מלתעות כפירים יהוה נתץ *Domine contunde dentes eorum in ipſorum ore, mandibulas juvenum leonum evelle Jehova*. Illuſtrari poteſt ex *Arabum* هرس & هراس *vehemens & vorax Leo*, cujus plurale هراس exſtat in Ludicris MSS. p: m. 5. ſic Deus ſe oſtenderet Leonem Leonibus iſtis nobiliorem & fortiorem.

Ad ſequens קמיך obſervat *S. Jarchi*, hic idem ſignificare ac הקמים נגדך *qui inſurgunt adverſus te*: ſic ut *hoſtes Iſraëlis* hic conſiderentur pro *hoſtibus Dei*. Ita *Pſ.* LXXXIII, 3. adde *Judic.* V, 31. & quæ ibi notata. Singularis eſt uſus verbi קום

O *ſur-*

*Verſ.* 8. וברוח אפיך נערמו מים נצבו
כמו נד נזלים קפאו תהמות בלב ים׃
*Verſ.* 9.

---

*ſurgere* : pro *hoſtiliter agere*. *Pſ.* II. 2. רבים קמים עלי *multi inſurgentes contra me*. *Pſ.* LIV, 5. LXVII. CIX, 28. alibi. ſimiliter apud *Arabes* قام : uti in *Adagio* قام الحمام علي الباز يهدده *inſurgit columba contra accipitrem ſibi minantem*. hinc formula proverbialis apud *Arabſiadem* pag. 21. فقامت بين العسكرين سوق المحاربة *ſtetit inter utrosque exercitus digladiationis forum*. & pag. 24. والعداوة والمقاتلة بينهم قايمة *inimicitia & pugna ſtabat inter illos*.

Elegans eſt dictio תשלח חרנך *laxas furorem tuum* : pingitur furor antea quaſi concluſus, ſed nunc freno laxato dimiſſus : plane ut ignis ſub cineribus jacens tandem in flammam erumpit, & omnia conſumit. Ita *Ezech.* VII, 3. שלחתי אפי בך *laxabo naſum meum in te* : Contrarium eſt חטם خطم *refrenavit naſum*. *Eſai.* XLVIII. 9. notante Cl. *Schultens* in Comment. ad *Jobum* pag. 20.

*Verſ.* 8. Notum eſt, Hebraicum אף ex

*Verſ.* 8. Spiritu naſi tui accumulatæ ſunt aquæ: perſtare facta ſunt ut acervi fluenta, coagulati abyſſi in corde maris.

*Verſ.* 9.

---

ex origine ſignificare *naſum*: unde ad varia tralatum. *Naſus elatus* pingit *faſtum*, *ſuperbiam*: uti in illo *proverbio* انف في السماء واسف في الماء *naſus in cœlo*, *& nates in aqua*: id eſt; juxta aliud dictum. اكبر واعار *num ſuperbia*, *& paupertas*: id eſt, ſuperbitne & pauper eſt? vide *Golii* Adagia p. 125. Similiter *naſus* dicitur *efferveſcere*, *ſpirare*; quando ad iram incitatur: *Pſ.* II. 5. אז ידבר באפו ובחרונו יבהלמו *tunc loquetur in naſo ſuo*, *& in excandeſcentia ſua* (id eſt naſo ſuo æſtuante per ἓν διὰ δυοῖν) *perterrebit eos*. Vide quæ copioſè diſſeruit *Alb. Schultens* in *libello* de *defectib.* p. 230. & ſeq.

Variant verſiones tum veterum tum recentiorum circa illud נערמו. *Chaldæo*: *prudenter egerunt*. *Vulgato*: *congregatæ ſunt*. aliis: *nudatæ*. Parum feliciter *Starckius* putat, omnia poſſe conjungi, & ſubordinari hac periphraſi: *aquæ* ſcilicet *maris*, *ſentientes illum imperatorium potentis Dei Spiritum*, *vel intelligentes mandatum*,

*paruerant ſtatim , ſteteruntque utrimque coacervatim , quem σωρεισμὸν ſeu coacervationem aquarum ſecuta eſt nudatio fundi.* Unicus hicce locus fraudi fuit Viris Doctis: nullibi enim verbum ערם de *aquarum coacervatione* adhibetur, niſi in noſtro contextu. Derivatum עֲרֵמָה *acervus* paucis quidem in locis proſtat. Cl. *Stockius* in *Lexico* ait, hanc notionem forte inde petitam: *quia, quæ coacervantur, uti eminent, ita ſe quaſi nuda oſtentant, nec tecta ſunt iis, quorum altitudinem ſuperant.* Si Arabum Dialectus a limine tantum fuiſſet ſalutata, nullum amplius remanſiſſet dubium: Ibi ſe offert عَرِم *aggeres obicesque aquarum*: & عرمة *accumulatæ arenæ*: vide *Excerpta* ex *Iſpahan.* p. 12. ubi in notis hæc habet Cl. *Schultens*: *nihil celebratius in hiſtoria Arabica, quam* السيل العرم *inundatio, quæ aggeres perrupit Sabæorum—. Fundus omnium Alcoran.* 34. 15. 16. ارسلنا عليهم السيل العرم *immiſimus in eos impetum aquarum collectarum. Sic vertit Maraccius haud indocte ſane, reſpiciens ad Hebræum* נערמו המים *Exod.* xv, 8. *pro quo Arabs dat* تعرموا المياه *a ſignificatione vocis* عرمة *cumulus. acervus. coacervatæ*

*tæ & accumulatæ arenæ.* De cætero plenius lumen pro tota radice ejusque vi primigenia circumſpicio.

*Ibidem.* Verbum נצב & יצב propriè valet *ſtetit erectus :* in *Niphal perſtare factus eſt.* Ita apud *Arabes* نصب *extulit. erectum conſtituit.* نُصْبٌ *ſtatuæ :* vel uti explicat *Safioddinus.* النصب الاصنام المنصوبة للعبادة وحجارة كانوا ينصبونها عليها يذبحون للاصنام *Alnosb ſignificat ſtatuas poſitas ad cultum, item lapides, quos poſuerunt, ut ſuper ipſis ſacrificia mactarent idolis.* Exſtat in illo Poëtæ.

حلفت بمايرات حول عوض
وانصاب تركن لدي سعير

*Juravi per ſanguinem fluentem circa Audum,*
*Et per ſtatuas, quæ relictæ ſunt apud Asſairum.*

Hæc habet *E. Pocockius* in Spec Hiſt. Arab. p. 100. ubi inter alia ait نَصْبٌ & نُصْبٌ ut & litteris, ſic ſenſu convenire cum נציב & מצבה. Plura ſi deſideras, Lector, adi Cl. Commentatorem in *Jobum* p. 13. 14.

*Ibidem.* Sequens verbum קפא tribus in locis obvium *Exod.* xv, 8. *Job.* x, 10. *Zeph.* I, 12. relicto juxta plurimos tantum derivato קפאון *Zach.* xiv, 6. In Lexicis exponitur *concrevit*, *coagulatus*, *congelatus*, *condenſatus fuit.* Sunt rudera & veſtigia, unde tota ſtructura vix dignoſci poteſt. Quam quæſo præponemus harum omnium notionum, dum omnes iſtæ Latinæ dictiones e vario diffluxerint canali? Apud *Arabes* non quidem invenimus קפא ultima א, ſed قفا ultima ו *ſecutus fuit*, *preſſit veſtigia*: unde formula Coranica قفيت علي اثره بك *feci juſſique ſequi illius veſtigia.* Hoc unde ductum, cognatæ Sororiæque radices palam facient.

قفّ apud *Golium*: *contracta*, *corrugata fuit res.* in 8ª. ſpecie *in ſe contractus & corrugatus fuit ſenex*: uti & in quadrilitero قفقف. planè ut حقف apud *Harir*. Conſeſſ. V. p. 82.

جني انثني محقوقفا مصغرا ۞
مثل هلال الافق حين اقمرا ۞

*Donec evaſi pedibus & capite in unum contractus recurvus, & præpallidus,*
*Ad inſtar lunæ in Horizonte, quum primulum emicat.*

Omnes

Omnes notiones ductæ a *nectendo*: unde manarunt variæ locutiones Metaphoricæ & Metonymicæ. E. G. *planta innexa* pro *arida*. *Nectere veſtigia* pro *ſequi*. Illa vis primigenia palam reſidet ſub قاف media و apud *Camouſum*: nec non وقف vide *Comm.* in *Jobum* Tom. I. pag. 9. 10. ubi loca ad illuſtrationem Hebraici יקף adducta. Nullus dubito quin noſtrum קפא propriè idem valuerit: uti *Job.* x, 10. *an non ſicut lac eliquaſti me*, & *ſicut caſeum* תקפיאני *convolviſti*, *nexibusque coagulaſti*. Ita in noſtro loco: *abyſſi connexi ſunt in corpus validum*, *fluido* oppoſitum. *Zephan.* 1, 12. *viſitabo ſuper homines* הקפאים *innexos fecibus ſuis*. Illuſtrabo obiter ultimum locum. *Zachar.* XIV, 6. *eritque in die illo: non erit lux* יקרות יקפאון. *Maſorethæ* corrigunt וקפאון. Totus verſus variè vertitur, & explicatur. *Non erit lux gloriarum* (aut *pretioſitatum*. i. e. glorioſa aut pretioſa) & *congelationis*. i. e. juxta *Rabbi David* השלג הקופא *nix congelata*: i. e. non erit dies tota, neque ſicut lux, neque ſicut tenebræ. h. e. nec erit in refrigerio, neque in anguſtia, quia utrumque erit in illa. Eſt expoſitio *Cocceji* apud *Robertſon* in Theſ. Ling. Sanctæ pag. 955.

*Verſ.* 9. אמר אויב ארדף אשיג אחלק שלל תמלאמו נפשי אריק חרבי תורישמו ידי:

*Verſ.* 10.

---

Aliis placet non *coagulatio*, ſed *coagulabuntur*. Sane hoc unicè retinendum; eſt enim יקפאון Futurum *Pihhel* formæ Chaldaicæ. unde totus contextus vertendus. *Et erit in illo die, ut lux pretioſiſſimarum* nempe *ſtellarum concreſcat*: quæ verſio Scopo Prophetiæ apprimè quadrare contextum inſpicienti reperietur.

*Verſ.* 9. Conſpirat prius verſiculi colon cum *Judic.* v. 31. הלא ימצאו יחלקו שלל *an non invenient, divident prædam?* absque copula. Sic loquebantur matronæ matris Siſeræ: plane uti Pharaonis milites ſpe tumidi, victoriam ſibi pollicebantur. Gravitas orationis ſtilique Poëtici pondus hic omnia junctim effert *perſequar, aſſequar, dividam*. Eſt κλίμαξ, ſeu Gradatio: nam רדף adhibetur de *perſecutione hoſtium*. In notis ad *Amralkeis* pag. 201. e *Gjeuhario* oſtenſum, propriè valere, *pati inſeſſorem* uti *Thren.* v. 5. *Eſai.* XIV, 6 Sequens נשג *attigit, aſſecutus eſt* confertur vulgo cum נסג.

Dubio

*Verſ.* 9. Dicit inimicus, perſequar, aſſequar, dividam ſpolium: implebitur iis appetitus meus, effundam gladium meum, in hæreditatem aſſeret eos manus mea.

*Verſ.* 10.

---

Dubio procul eſt, quin Arabum نسج in auxilium ſit vocandum. Hæc depromo e *Gjeuhario.* نسج الثوب والصنعة نساجة والموضع مَنْسِج والمِنْسَج الاداة التي تمد عليها الثوب لينسج طولا وعرضا ومنسج الفرس ايضا اسفل من حاركه ونسجت الريح الربع اذا تعاورته ريحان طولا اطال من السدي وضربت الطرايق الماء فانسجني له تلك الريح وفلان نسيج وحده اي لا نظير له في علم وغير واصله في الثوب اذا كان رفيعا لم ينسج علي منواله غيره נשג *texuit veſtem, & opus texile.* מַנְשַׁג *textrina.* מִנְשַׁג *inſtrumentum quo extenditur veſtis ad texendum in longum & latum.* מַנְשַׁג *equi etiam inferior ejus ſcapula. In* I[a] *ſpecie ventus nexuit domum, quum eam obliterant venti in longum, prout in longum deducitur ſtamen.*

*men. item percutit ventus domum & veſtigia delet.* נָשִׁיא *vir unicus, cui par non eſt ſcientia aut alia re. Origo in veſtimento, quia veſtis, quando eſt nobilior, non texitur præter iſtam alia ſuper idem liciatorium.* His addantur, quæ ſcripſimus ad *Amralkeis* p. 169.

*Ibidem. Explebitur iis* נַפְשִׁי *anima mea.* Illud נֶפֶשׁ hic ſumendum pro *appetitu, deſiderio.* Dabo loca, ubi idem obſervandum. *Proverb.* XXII, 2. *quippe cultrum admovens gutturi tuo, ſi præturgens* נפש *flatus.* Cap. XIII, 2. *ex fructu oris viri comedet ubertatem, at* נפש *ſpirans aviditas perfidorum, cruditatem. Pſ.* XXXV, 25. *ne dicant in corde ſuo, Euge appetitum, ne dicant, deglutivimus eum. Deutr.* XII, 21. XXIII, 25. *Ecclеſ.* VI, 7. Apud *Arabes* ſimiliter adhibetur نفس : uti apud *Hariri. Conſeſ.* I. pag. 20. وفللت شباة اعدايك وقدعت نفسك *atque retuſa acie iniquitatis tuæ inhibes animam tuam,* i. e. cupiditatem. *Algazali* de *fine ſtudiorum* in MS. pag. m. 7. فقال الكيّس من دان نفسه وعمل لما بعد الموت والاحمق من اتبع نفسه وهواها *Sagax, inquit, ille eſt, qui animam ſuam ſubigit*

*ſubigit & quæ poſt mortem erunt, curat: aſt ſtultus ille, qui animam ſuam ſequitur, ſuasque cupiditates.* Id unum notari volo, illud נפש per catachreſin (ut ajunt) ſumi pro *cadavere. Levit.* XXI, 1. &c. illa ἐναντιοφανεία evaneſcet ex uſu primario *ſpirandi*, qui Arabico نفس ineſt. hinc *anima* dicta; quia continuo *ſpirat*, & *halitum vitalem ducit*: plane ut Græcis πνέω *ſpiro* inter alia ſignificat *vivo. Corpus* vero *mortuum* aliud nihil eſt, quam *exſpiratio Pſ.* XVI, 10. *non relinques* נפשי *in ſepulchro.* Si נפש ibi ſit *cadaver*, omnino ante oculos habenda notio *exſpirandi*, qui uſus eſt Euphemicus. Convenit iterum Græcum πνέω cum ſuo ἐκπνέω *exſpiro*. i. e. *morior*. unde ἔκπνευσις & ἐκπνοὴ *exſpirationem* ſignificat.

*Ibidem.* אריק חרבי *evaginabo gladium meum.* Verbum ריק hoc uſu ſæpius obvium. *Levit.* XXVI, 33. *Ezech.* XXVIII, 7. XXX, 11. Latet ſub hac formula figura graviſſima, quæ non niſi ex intimo Orientis genio explicari poteſt. Dicitur Orientalibus *gladius* ſe *evacuare*, quum multum ſanguinis effundit, hominem anima vitali ſpoliat, & miſerè confoſſum ſternit. hinc ריק tralatum ad *effuſionem. Eccleſ.* XI, 3. *ſi plenæ fuerint nubes, imbrem*

*Verſ.* 10. נשפת ברוחך כסמו ים צללו
כעופרת במים אדירים:

*Verſ.* 11.

---

*brem ſuper terram effundent.* alibi: unde *Arabibus* راق media و & ي, in IV[a] ſpecie ſignificat *effudit ſanguinem*: Apud *Abulpharag.* Hiſt. Dyn. pag. 15. de *Melchizedeco* dicitur وما غشي امراة ولا اراق دما *eum mulierem non attigiſſe, nec ſanguinem effudiſſe.* Graphicè ait *Arabſiades* p 51. واراقوا من دمهم سبيلا *eorum ſanguinem velut torrentem effuderunt.* pag. 93. بعد ان عاهده ان لا يريق دمه *poſtquam ſtipulatus erat, ne ejus ſanguinem effunderet.* Similis eſt uſus verbi فرغ *evacuavit:* unde ad *effuſionem ſanguinis, aquæ,* ſimiliumque transfertur: pro uſu figuræ propoſitæ facit illud *Abul'olæ Mearrenſis.*

اذا سقت السماء الارض سجالا
سقاها من صوارمه سجالا ※

*Quum propinat coelum terræ urnam,*
*Ipſe affundit illi e gladiis ſuis urnas.*

id eſt *hoſtilis ſanguinis copiam.* confer quæ ſupra deprompſimus pag. 160 — 162.

*Verſ.* 10.

*Verſ.* 10. Ventilaſti flatu tuo: veſtivit eos mare, tinniverunt ut plumbum in aquis validis.

*Verſ.* 11.

---

